



anyle

C. 139

Lib. grammat. & antiquar,
in O. 2. 2.
N. 54.

II. 1. a 54.

EMMANVELIS
ALVARI,
E SOCIETATE
IESV DE INSTITVTIO.
NE GRAMMATICA

LIBER SECVNDVS.

Siue
DE OCTO PARTIVM ORA
tionis Constructione, Scholijs
Auctoris præter-
missis.



MONASTERII VVESTPHALIAE
Typis Lamberti Raßfeldij.
ANNO M. DC. XIV.

TYPOGRAPHVS
PROFESSORI
SYNTAXEOS.

Quod vides in hac Syntaxi caracte-
rum diuersitate secerni appendices.
eius rei hac est ratio. Tres sunt classes, qui-
bus puerilis atas Syntaxeos præcepta pau-
latim imbibit. In tertia, quæ infima, pueri
(perceptis prius quatuordecim regulis,
quæ rudimentis adherent) generales om-
nes regulas Syntaxeos sine figurata con-
structione & appendicibus addiscunt. In
secunda regulas omnes cum appendicibus
primi & secundi generis, excepta constru-
ctione figurata, Prima relinquuntur præ-
ter constructionem figuratam appendices
tertij generis, quas caractere diuerso vi-
des excusas. Hac difficiliorem à facilio-
ribus secretionem, rudia puerorum ingenia
mirum temporis & laboris faciunt
compendium. Vale &
faue.

DE

DE OCTO PARTIUM ORATIONIS CONSTRUCTIONE
LIBER II,

QVID SIT SYNTAXIS,
in quot partes distribuatur.

Dechin. +
De quibus in Tacito
in fac. p. 100
SYNTAXIS Græcè, Latinè constructio, est recta partium orationis inter se compositio. Porrò recta compositio ea censenda est, qua vti sunt auctores, qui purè & emendatè scripserunt. Hęc duplex est, altera Transitiua, cum partes nimirum orationis in casum dissimilem præcedenti transeunt. *Cic. ad Att. lib. 2. Pompeius amat nos, carosq; habet.* altera intransitiua, cum orationis partes aut nullum post se casum habent: *Idem ad Q. Fr. lib. 3. Valent pueri, studiosè discunt, diligenter docentur:* aut certè non diuersum ab eo, qui antecessit: *Idem Phil. 3. Pax est tranquilla libertas.* Vtraque in Iustam, & Figuratam diuiditur: illa omnibus suis numeris perfecta, atque expleta est: *Idem Lent. lib. 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te ceteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio:* in hac, vt plena sit, non nihil desideratur. *Id. ad Att. li. 15. Ego si Tyro ad me, cogito in Tusculanum:* quæ omnibus suis numeris absoluta erit, si duo verba addas, hoc modo, *Ego si Tyro ad me venerit, cogito in Tusculanum proficisci:* aut muta-

GRAMMAT. INSTIT.

tur aliquid vt iusta efficiatur. *Idem ad eundem*
13. Quam turpis est assentatio, quum viuere ipsum tur-
pe sit nobis. Si, vita ipsa dixisset, iusta erat. De fi-
gurata copiosius postremo loco dicendū est.
Nunc à iusta, eaq; intransitiua, quod facilior,
expeditiorq; sit, initium faciemus.

DE CONSTRUCTIONE

Intransitiua.

Verbum Personale finiti modi, antecedit
Nominatiuus apertè vel occultè, eiuf-
dem numeri, & personæ.

ib. 13. Cicero, Si vales, bene est, ego quidem valeo. Terent. in
Eunuch. Quis hic loquitur? Idem ibidem, Quid stam-
us, cur non imus hinc?

APPENDICES

primi generis.

I.

Voces copulatæ sæpè verbum plu-
rale desiderant.

Cic. ad Attic. Hic nobiscum sunt Nicias, &
Valerius.

b. 14. Interdum singulari contentæ sunt.
Idem de Senect. Mens, & ratio, & consili-
um in senibus est.

Lib. 1. Nonnunquã omittitur coniunctio.
Idem ad Q. Fr. Frons, oculi, vultus per saepe
mentiuntur, oratio verò sæpissimè.

Ver.

LIBER II.

II.

Verbum plurale nobiliorem personā sequitur, prima nobilior est, quam secunda & tertia. Secunda tertiæ anteponitur.

Cicer. ad Terentiam: Si tu, & Tullia lux nostra valetis: ego, & suauissimus Cicero valemus. Lib. 14.

APPENDICES

minime fuerunt secundi generis.

I.

Prima & secunda persona ferè non explicantur, nisi cum diuersa studia significamus.

Autor ad Herennium, Ego capitis mei periculo patriam liberaui, vos liberi sine periculo esse non curatis? Lib. 4.

Aut cum plus significamus, quàm dicimus.

Idem: Tu istud ausus es dicere? Cicero in Verrem, Tu innocentiior, quàm Metellus? Tu plus significat, quàm verbum ipsum per se declarat. Ibidem.

II.

Verbum infinitum, interdum partes nominatiui agit,

Cicero in Oratore. Oportere perfectionem declarat officij. Terentius in Heautont. Non est mentiri meum.

Item verbum cum suo casu.

Cicero ad Marium, Vacare culpa magnū est solatium. Lic. 7.
Brutus ad Att. Dolet mihi, quod tu non stomacheris. Lib. 5.
ad Br.

A 3

AP-

GRAMMAT. INSTIT.

APPENDICES

tertij generis.

I.

Verba, apparet, fallit, fugit, preterit, latet, interdum loco Nominatiui membrum orationis habent.

ib. 12.

Cic. Att. Apparebat illas literas non illius esse. Idem: De Dionysio fugit me ad te antea scribere.

II.

Idem accidit nonnunquam verbis Passiuis.

de amibit.

Cicer. Tarquinius dixisse fertur, tum, cum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset, quosq; infidos.

ib. 8. c. 2.

Plin. Qualem fuisse traditur Q Sertorij ceruam.

Imo verbo videtur, vsu venit, modo aperte.

uscul. 5.

Cicer. Non mihi videtur ad bene viuendum satis posse virtutem.

Modò obscure.

Cicero ad Attic. Quod Lentulum inuisis, valde gratum, pueros attribue ei, quot & quos videbitur. attribuen- d- u- g- e- o

III.

Poëtae verbo plurali interdum vtuntur intercedente præpositione, Cum.

Virg Remo cum fratre Quirinus Iura dabant.

Oratores singulari.

. I.

Cicer. ad Attic. Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites.

IV.

Poëtae etiam intercedente præpositione, Cum, verbum multitudinis præstantiori personæ reddunt.

id. 2.

Virg. — diuellimur inde, Iphitus, & Pelias, mecum.

3

Oratores verò verbum nominatiuo reddunt, nulla adhibita ratione ablatiui.

At. 1. 3.

Cic. Atq; utinam iam ante vidisses, nec totum animum tuum mærori mecum dedisses.

Quod

LIBER II.

Quod idem & Poëtae faciunt.

Hor. Tu quid ego & populus mecum desideret, audi.

V.

^{omnes}
Utuntur interdum numero singulari pro plurali,
sed rarius.

Cic. Vos, vos, inquam, ipsi, & senatus frequens restitit. Pro Rabir.

Idem, Cum uniuersi vos, populusq; frequens aduentum In Salust.

mei gratulatus est.

VERBUM INFINITVM.

Verbum Personale infiniti modi postulat
ante se accusandi casum.

Cic. ad Att. Hunc quidem nubem citò transisse letor. Lib. 15.

Terent. in Adelph. Saluum te aduenire gaudemus.

DE ADIECTIVIS ET

Substantiuis.

Nomina adiectiua, Pronomina, & Partici-
pia cohærent cum suis substantiuis genere, nu-
mero, & casu.

Cic. in Verr. Erat hyems summa, tempestas perfrigida, Lib. 6.

imber maximus. Terent. in Eunuch. Ille bonus vir nus-

quam apparet. Curtius. Parua sapè scintilla contem-
pta magnum excitauit incendium.

APPENDICES

primi generis.

1.

Substantiua coniuncta ferè adiecti-
uum multitudinis requirunt.

Liui. Hippocrates, & Epicides nati Cartha- Bel. pun. 4.
gine, sed oriundi ab Syracusis.

Quod si adiectiuum singularis sit
numeri, cum viciniore substantiuo

A 4 gene-

GRAMMAT. INSTIT.

genere, & numero, & casu consentiet.

Q. Cicero de petitione Consulatus, Multorum arrogantia, multorum contumacia multorum superbia, multorum odia, ac molestia perferenda est, Terentius in Eunuchus, Viden' ocium, & cibus quid faciat alienus?

II.

Adiectivum plurale, præstantius genus sibi vendicat. Virile præstantius est muliebri & neutro.

Bel. Mac. 7 Terentius in Andria: Domus, uxor, liberi inuenti inuito patre. Livius, Decem ingenii, decem virgines, patrimi omnes, matrimiq; adhibiti. Idem, Consilia populi, exercitus vocati. Virgilius, Casosq; reportant Almonem puerum, fædatiq; ora Galesi.

Ab urb. 1.
Æneid. 7.

Neutrum muliebri præfertur præcipuè cum de rebus inanimatis sermo est.

In Catil. Salust. His genus, etas, eloquentia prope paria fuere. Idem, Diuitia, decus, gloria in oculis sita sunt.

Ibidem.

III.

Cum substantiuis rerum inanimatarum plerumque iungitur neutrum multitudinis.

masculi
oem
o ex
netro.

Livius

LIBER II.

Liuius: Ira & auaritia imperio potentiora Bel. Mac. 7
erant. Idem: Formijs portam, murumq; de Bel. Mac. 5,
caelo tacta nunciatum est. Idem, iam ludi, Ab urb. 1.
Latinaq; instaurata erant.

A P P E N D I C E S

tertij generis.

I.

Participia, factus, creditus, dictus, dicendus, visus, appellatus, & caetera eiusdem generis, si inter duo substantiua ponantur, non continuo cum praecedente consentient. Quis enim audeat ita loqui.

Antonius Reip pestis à Cicerone appellata est. Antonius

Nec itidem si post utrunque collocentur, cum altero consentire poterunt. Habenda est enim ratio non collocationis verborum, sed ipsarum rerum. Itaq; cohæret adiectiuum cum eo nomine, quod est precipuum, siue basis & fundamentum orationis.

Plin. Puteoli Colonia Dicearchia dicti. Ibid. Oppidum Pestum Graecis Posidonia appellatum. Lib. 3. c. 15
cipit

II.

Figurata constructio est: cum probati scriptores aliter loquuti sunt.

Cic. Non omnis error stultitia dicenda est. Ter. Nunquam aequae ac modo mihi onus visum paupertas est, & miserum, & graue. 2. de diuinatione.

III.

Poetae substantiuis praepositione Cum copularis, plurale adiungunt suo iure. *fluuij*

Oui. Sors eadem Ismaros Hebrum cum Strimone siccat.

Idem etiam generis praestantiam amant.

Ilia cum Lauso, de Numitore sati. 2. Metamorph.

IV.

Adiectiuum femininum interdum respondet viciniori substantiuo pluralis numeri.

A

S

Litt.

GRAMMAT. INSTIT.

*Li. Hoc S. C. litera q̄ à Sp. Posthumio Pratore in Hetru-
riam missa sunt.*

Si de rebus animatis agitur, tutius fuerit circuitio-
ne uti, hoc modo.

Lib. 16.

Lucr. castissima fuit, qua virtute etiam eius mancipium

Lib. 14.

floruit: potius q̄, Lucr. & eius mancipium sunt, casta.

RELATIVA.

Relativum Qui, quæ, quod, cōcordat cum
antecedente in genere & numero.

Lib. 3.

*Cic. ad Tironem, Nemo nos amat, qui te non diligit.
Idem ad Terentiam: Accepi ab Aristocrito tres Episto-
las, quas lacrymis propè deleui, Idem ad Att. O te fer-
reum, qui illius periculis non moueris.*

Item pronomina Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, &
Idem, cum fiunt Relatiua.

b. 2.

*Idem ad Attic. Eunti mihi Antium, venit obuiam tuus
puer: is mihi litteras abs te, & commentarium consu-
latus mei Gracè scriptum reddidit.*

APPENDICES

primi generis.

I.

Relativum Qui, Quæ, Quod, cūm
antecedenti præponitur, cum eodem
genere, numero, & casu, per quam ve-
nustè cohæret.

2.

*Cicer. pro Sylla, Quæ prima innocentis mihi
defensio est oblata, suscepi. Idem Atticum.*

12.

*Quos cum Mario pueros, & Trebatio mise-
ram epistolam mihi attulerunt. Idē in pri-
mā Tusculana. Quam quisq̄, artem nōrit in
hac se exerceat. Idem ad Atticum, Quibus
dere-*

LIBER II.

de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus.

Quod si inter duo substantiua ponatur, cum alterutro consentire poterit, etiam si alterum proprium sit.

Salust. Est locus in carcere, quod Tullianum Catil lib. 3. appellatur. Curtius. Darius ad eum locum, quem Amanicas Pylas vocant, peruenit.

I.

Quantus, qualis & cætera id genus nomina, cum relatiua fiunt, non cum antecedente, sed cum cõsequente substantiuo, genere, numero, & casu consentiunt.

Cicer. ad Cassium, Dixi de te quæ potui, tanta cõtentione, quantum forum est. Lib. 12. Idem in Bruto, utinã in Tiberio Graccho, Caiog Carbone talis mens ad Remp. benè gerendã fuisset, quale ingenium ad bene dicendũ fuit.

APPENDICES

secundi generis.

I.

Nominatiuus, & verbum : adiectiuum & substantiuum, relatiuum, & antecedens, interdum, maximè apud historicos & Poetas sensu & significatione consentiunt, quamuis voce discrepent.

Virg. Pars in frustra secant, verubusq; tremètia figunt. Æneid. 1.

Liu. Pars in iuueniles lusus versi, pars vescentes sub Bel. Mac. 7

umbra,

GRAMMAT. INSTIT.

*umbra, quidā somno etiam strati. Terent. in Andria:
vbi illic est scelus, qui me perdidit.*

II.

Orationis membrum interim vice antecedentis ponitur, idq; in neutro genere.

Lib. 2. pro
Gall.

*Cic. ad Attic. Pompeius, quod mihi summo dolori est,
ipse se afflixit. Idem, Vnū obijcis, natum esse Gadibus,
quod nemo negat.*

A P P E N D I X

tertij generis.

Si plura antecedant substantiua coniunctionibus ligata, idem obseruandum est in relatiuis, quod paulo ante in adiectiuis.

In Pisop.

*Cic. Propter summā & doctoris auctoritatem & vrhis,
quorū alter te scientia augere potest, altera exemplis.*

Interdum redditur relatiuum viciniorē substantiuo.

*Cic. Mihi non venerat in mentē, furorem & insaniam
optare vobis, in quam incidistis.*

Cæsar Masculino & fœminino rerum animatarum relatiuum neutrum reddidit.

Lib. 5. bell.
Gall.

*Leporem & gallinam & anserem gustare fas non putant,
hec tamen alunt animi voluptatisq; causa.*

Vbi non speciem, sed genus animal respexit.

SUBSTANTIVA CONTINUATA.

Substantiua cōtinuata, quæ ad eandem rem spectant, casu cōcordant, quamuis genere, & numero aliquando dissentiant.

Lib. 1.

Bell. Gal. 1.

Lib. 1. Ep.

Marcus Tullius Cicero Publio Lentulo Proconsuli salutem plurimam dicit. Cæsar: Gallos ab Aquitanis Garumna flumen diuidit. Plin. ad Caninium. Quid agit Comum tue, meaq; delitiæ?

A P P E N D I C E S

tertij generis.

Inter-

LIBER II.

I.

Interdum alterum substantivum est genitivi casus. Lib. 5.
Cic. ad Att. Cass. in oppido Antio. cū omni exercitu est. Æneid. 31.
Virg. Celsam Butbroti ascendimus urbem. Lib. 7, Ep. *Antiochus*

II.

Substantivis diuersi generis aut numeri verbum adiectivum, & relatiuum sic redditur.

1. Si alterum proprium sit hominis, cum eo verbum cæteraq; consentient. *adiectivum & relatiuum*

Cicer. Delicia tua noster Æsopus eiusmodi fuit, vt ei desinere per omnes liceret. Lib. 7. Bell. Maced.

2. Si verò de alijs rebus agatur, sæpissimè verbū adiectivum, relatiuumq; magis communi respondet.

Liu. De Solis vrbe, que in Cilicia est egerūt. Soli solorū est vrbs. Plin. Tungri ciuitas Gallia fontē habet insignē.

Iustinus tamen ad proprium respexit.

*Ad cuius, inquit, emolumentū egregiè pertinere ratus, Lib. 9.
si Bizantiū nobilem & maritimā urbem, receptaculū terra mariq; suis copijs futurū in potestatē redegit.*

VTRINQUE NOMINANDI CASVS.

Omne verbum personale finiti modi vtrinq; nominatiuum habere potest, cū vtrunque nomen ad eandem rem pertinet, cuiusmodi maximè est verbum Substantivum, Vocatiuum, & alia quàm plurima.

*Terent. in Phor. Senectus ipsa est morbus. Cic. de offi. Lib. 5. Cat.
De amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lelius. Lib. 5. Phi-
Salust. Virtus clara, æternaq; habetur Cic. ad Att. Ego lip, 2.
vino miserrimus. Idem in M. Antonium: Defendi
Rempub adolescens, non deseram senex.*

A P P E N D I X

tertij generis.

Verbum substantiuū & vocatiuum cū inter duos nomi-

GRAMMAT. INSTIT.

nominandi casus diuersi numeri ponitur, consentiet cum eo substantiuo quod (vt ita dicam) sit verbi basis & fundamentum. Vt in hac oratione: *Adolescentes modesti sunt ornamentum iuuentutis.* verbi basis & fundamentum est, *Adolescentes modesti*, quocunque modo veritas hæc verba.

Plin. Nota argenti fuere bigæ & quadrigæ.

Ouid. Domus antra fuerunt.

Si aliter loquamur: figurata erit constructio.

NOMINATIVVS POST VER- bum infinitum.

X Verbum personale infiniti modi post se nominatiuū petit, cū res ad nominatiuum præcedentis verbi pertinet.

Lib. 1.

Cic. de nat. deorum. Nolo esse longior. Idem pro Marcello, Malim videri nimis timidus, quam parum prudens. Terent. in Adelphis. Pater esse discere ab alijs, qui verè sciunt. Ibid. Meditor esse affabilis.

A P P E N D I X

primi generis.

Si verba, Puto, Aio, Refero, & alia eiusdem significationis infinitū præcedant, durior efficitur oratio.

Lucanus lib. 9. Vt q̄ fidem vidit sceleris, tutum q̄ putauit.

Iam bonus esse socer, lacrymas non sponte cadentes.

Effudit gemitusq̄ expressit pectore leto.

Orator dixisset, Se bonum esse socerum.

II.

At si accusatiuus antecessit, & sequatur necesse est.

Cic.

LIBER II.

Cic. in Catilinam, Cupio P. C. me esse clementem: cupio in tantis Reipubl. periculis non dissolutum videri. Idem in Brut. Ego me Phidiam esse malle, quam vel optimum Statuano fabrum tignarium.

A P P E N D I X

† I secundi generis.

Infinitum Esse, accedente verbo Licet, dandi, vel accusandi casum post se postulat.

Cic. 1. Tusc. Licuit esse ocioso Themistocli, licuit Epaminonda. Idem ad Att. Mihi negligenti esse non licet. Lib. 1. Idem pro Flacco, Cur his per te frui libertate, cur denique esse liberos non liceat? Idem pro Cornelio Balbo, Quod si civi Romano licet esse Gaditanum, siue exilio, siue reiectione huius civitatis, &c.

A P P E N D I C E S

tertij generis.

I.

Nonnunquam subauditur precedens accusatiuus aut datiuus.

Curt. Octoginta talenta constituit pro se daturum. Cic. Lib. 1. pro se Liceat esse miseros.

II.

Infinitum esse, cum cæteris verbis, quæ datiuo gaudent: ferè accusatiuum habet.

Terent. Expedit bonos esse nobis.

Quintilianus tamen datiuo vsus est. *Oderit reum verba aucupantem, & anxium de fama ingenij, & cui esse diserto vacet.*

Cum infinito, esse, accedit verbum dandi, planè videbitur poetica loquutio.

Hoc ————— Mediocribus esse poetis

Non homines, non di non concessere columna, &c.

I N.

GRAMMAT. INSTIT.
INTERROGATIONIS ATQUE
Responsionis consensus.

Interrogatio, & Responſio casu consentiunt.
Cui preceptori dedisti operam? Platoni. Cuius est haec
oratio? Ciceronis: Quem existimas fuisse principem o-
ratorum? Demosthenem. Quo morbo fuisti impeditus?
assidua febricula.

DE CONSTRV-
CTIONE TRANSITIVA
NOMINIS.

GENITIVVS POST NOMEN
Substantiuum.

QVotiescunque duo nomina substantiuâ
rerum diuersarum in oratione continu-
antur, alterum erit genitiui casus.

Lib.

Cic. in Pisonem: Supplicium est pœna peccati. Idem ad
Caelium: Mirum me desiderium tenet vrbis. Idem de
Amicitia: Maximum ornamentum amicitia tollit,
qui ex ea tollit verecundiam.

APPENDIX
primi generis.

Adiectiua cum substantiuè ponun-
tur, more substantiuorum construun-
tur.

Lib. 1.

Cicer. de Sen. Tantum cibi, & potionis ad-
hibendum, vt reficiantur vires, non oppri-
mantur. Idem in Verrem: Sicilia tota, si
vnâ

LIBER II.

una voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit, id mihi tu C. Verres eripuisti atque abstulisti. Pöpeius ad Marcell. & Lent. vos hortor, ut quodcumque militum contrahere poteritis, contrahatis.

Lib. 8.
Ad Att.

Abdita rerum, strata viarum, occulta saltuum, & id genus alia: ferè apud Poetas & Historicos reperiuntur.

Tacitus: per angusta & lubrica viarum flexerunt.

Lib. 12.

GENITIVVS VEL ABLATIVVS POST
nomen substantivum.

Substantiva, cum ad laudè vel vituperationè referuntur, genitivo, vel ablativo gaudent. Cic. ad Marcell. Neque te monere audeo præstanti prudentia virum: neque confirmare maximi animi hominem, virumque fortissimum. Plin. Choromandarum gentem vocant Tauron sylvestrem sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.

Lib. 7. ca.

GENITIVVS POST NOMEN
Adiectivum.

Adiectiva quæ Scientiam, Cõmunionem, Copiam & his Contraria significant, cum genitivo iunguntur, ut peritus, ignarus, Particeps, expers, plenus, inanis.

Cic. in Bruto, Fabius pictor, & iuris, & literarum & antiquitatis benè peritus fuit. Idem, Antonius omnis eruditionis expers, atque ignarus fuit. Idem de Finib. Virtutes ita copulate, connexaque sunt, ut omnes omnium

de Orat.

Lib. 5.

B parti-

GRAMMAT. INSTIT.

participes sint. Idem ad Papirium, Stultorum plena sunt omnia. Ex eodem de Orat. i. Omnia plena consiliorum, inania verborum videmus.

Item quædam in Ax, Ius, Idus, & Osus. Philosophus tenax recti, nullius culpa conscius, avidus virtutis studiosus litterarum.

Quibus adde Memor, Immemor, Securus. Ut memor beneficij, Immemor iniuria, Securus rumorum. Quint. Tenacissimi sumus eorū, quæ rudib. annis percipimus Cic. in M. Ant, Huius rei ne posteritas quidem omnium seculorū immemor erit. Idem ad C. Anton. Cū T. Pōponius homo omnium meorum in te studiorum conscius, tui cupidus, nostri amantissimus ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putavi.

Lib. 1. c. 1.

Phil. 12.

Lib. 5.

PARTITIVA.

Partitiua, Genitiuo multitudinis gaudent. Cic. de Natura deor. Elephantobelluarum nulla prudentior. Idem de senectute: Minus habeo virium, quàm vestrum vteruis. Idem ad Q. Frat. Domus vtriusq; nostrum edificatur strenuè.

Lib. 1.

Lib. 2.

ab urb. 1.

Item numeralia nomina.

Lib. 3.

Liuius: Imperium summum Roma habebit, qui primus vestrum, o iuvenes, osculum matri tulerit. Curt Octoginta Macedonum interfecerunt. Idem ibidem: Nolo singulos vestrum excitare.

Deniq; quæcunq; adiectiua partitionē significant, interrogandi casum possunt admittere.

Bell.

Mac. 2.

Lib. 10.

Lib. 8.

10. 2.

Cic. de Sen. Multa etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Liuius: Macedonum ferè omnibus, & quibusdam Andriorū, vt manerent, persuasit. Curt. Cum patris amicorū ad Leonatum peruenit. Plinius. Lanarum nigra nullum colorem bibunt.

AP-

LIBER II.

APPENDIX

tertij generis.

Nonnunquam substantiua, maximè apud Plinium hanc constructionem admittunt. *Volucrum animal parit vesperilio tantum.* Nisi fortè quis dicat tubaudiendum nomen partitium Solus.

Numeralia frequentissimè cū suis substantiuis copulatur, *Septimus Rex Rom. Duo milites, Singuli duces.*

SUPERLATIVA.

Si multa eiusdè generis comparentur, utendum est superlatiuo cum genitiuo plurali.

Cic. 5. Tusc. Theophrastus elegantissimus omnium philosophorum et eruditissimus, nō magnoperè reprehenditur cū tria genera dicit bonorum. Plinius, Demosthenes summus Oratorum Græciæ.

Lib. 33.
cap. 1.

APPENDICES

primi generis.

I.

Tam superlatiua, quam partitiua etiam genitiuo singulari, qui multitudinem significet, coniunguntur.

Cicer pro Quintio: habet aduersarium P. Quintius verbo sex. Neuium, reuera huiusce ætatis homines disertissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis. Idem pro Rabir. Posth. Virum unū totius Græciæ facile doctissimū Platonē in maximis periculis, insidijsq; esse versatū, accepimus. An quisquā Clodiæ generis cum Pompeio magno conferendus est?

B 2 Tum

GRAMMAT. INSTIT.

II.

Tum superlatiua nomina, tum etiam Partitiua, quæ cū suis substantiuis casu cohærent, & genere, & numero consentiunt.

- Lib. 2. *Cic. de Nat. Deor. Indus qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros l.*
 Lib. 18. c. 1. *tificat, sed eos etiam cōserit. Plin. Hordeum frugum omnium mollissimum est. Pomp.*
 Lib. 2. c. 7. *Mela: Famam habet ob Cereris templum Enna præcipua montium.*

Quod si nullum sit substantiuum, cum genitiuo, quod attinet ad genus, consentient.

- AbVrb. 1. *Liuius: Summi infimiq; Gabinorum Sex. Tarquinium dono Deum sibi missum credere.*
 Lib. 9. c. 4. *re. Quint. Equidem Cicer. sequar, nam is e-*
 Lib. 22. c. 25 *minentissimos Græcorum est sequutus. Plin.*
 Li. 10. c. 52. *Sapientissima animalium esse constat quæ fruge vescantur. Idem. Quorū alia sunt candida, ut columbis, perdicibus: alia pallida, ut aquaticis, &c.*

A P P E N D I C E S

secundi generis.

Genitiuus tam superlatiui quàm partitiui, in ablatiuum cum præpositione E, vel Ex, vel De mutari potest.

Cic. pro Clu. Ex his omnibus natu minimus, P. Saturninus in eadē sententia fuit. Idē pro Sext. Ros. Audacissimus

LIBER II.

simus ego ex omnibus? minimè. Idem ad Tironem: De Lib. 16.
tuis innumerabilibus in vne officijs erit hoc gratissimū.
Idem in M. Ant. Permitto, vt de tribus Antonijs eligas, Phil. 10.
quem velis, Quint. Timui, ne quem ex meis viderem. Declam. 6.

Mutatur interdum genitiuus superlatiui in
accusatiuū cum præpositione, Inter, vel ante.
Cic. pro S. Roscio, Rectum putabat pro eorum se hone-
state pugnare, propter quos ipse honestissimus inter su-
os numerabatur. Sen. Ille Crasus inter reges opulen- Lib. 2.
tissimus ad tormenta post terga vinc̄tis manibus du- Con.
ctus est. Pomponius Mela: Gentem sui nominis alluit Lib. 2.
Boristhenes inter Scythia amnes amœnissimus. Luius. cap. 2.
Multitudini gratior fuit, quam patribus longè ante Ab urb. 1.
alios acceptissimus militum animis.

II.

Superlatiua præter proprium casum, ad-
mittunt etiam casum suæ positionis.

Cicero de Claris Oratoribus, fuit Sextus Aelius iuris
quidem ciuilibis omnium peritissimus: Omnium su-
perlatiui: Iuris ciuilibis positiui casus est.

Admittunt & genitiuum partitionis, more
nominum vnde formantur.

Plin. Plurimi piscium tribus mensib. Aprili, Maio, Iunio Lib. 9.
pauunt. c. 51.

APPENDICES

tertij generis.

I.

Superlatiuo interim vtimur cum cōferuntur res di-
uersi generis, maximè accedente aduerbio, Nō solūm.

Cic. Hoc tu scriptore, hoc cōsiliario, hoc ministro omnium Pro domo
non bipedum solum sed quadrupedum impurissimo Remp. lib. 33. c. 1.
perdidisti. Pl. His tantum, qui legati ad exterarum gentes

D 3 iturā

GRAMMAT. INSTIT.

sturi essent annuli publici dabantur, credo quoniam ita
exterarum honoratissimi intelligebantur.

quasi similitudo

significat I. I. ut plura

Si genitius nominis sit collectiui, non necessariò
eum eo consentient superlatiua aut partitiua.

Ut, *summi infimiq; ciuitatis Tarquinium exceperunt.*

Item si superlatiua substantiue ponantur.

Cic. Cùm omnium rerum mors sit extremum.

GENITIVS VEL ABLATIVS

post nomen.

Nomina quæ similitudinem aut dissimili-
tudinem significant, interrogandi, vel dandi
casum exigunt.

Lib. 5.

Ter. in Eunu. Domini similis, &c. Ci. de Fin. Nō video,
cur nō potuerit patri similis esse filius. Idem in Na. Ant.

Phil. 2.

Anto. satur aut se sanguine dissimillimorū sui ciuium.
Idē de Cla. Ora Nihil tā dissimile, quā Cottasulpitio.

Item Communis, Proprius.

Cic. de Sen. Id quidem non proprium senectutis est vi-
tiū, sed cōmune valetudinis. Idem pro Rosi. Quid tam

Lib 7.c.25.

cōmune, quā spiritus viuis, terra mortuis, mare flu-
ctuantibus, litus eiectis? Plinius, Casari proprium, &
peculiare sit præter supradicta, clementia insigne.

DATIVVS POST NOMEN.

Nomina quibus Commodum, Voluptas,
Gratia, Fauor, Aequalitas, Fidelitas, & his con-
traria significantur datiuum poscunt.

Ut consul salutaris. Perniciosus Reip. Iucundus. Mole-
stus, Gratus, iniustus, propitius. Infestus ciuibus, Fidus,

infidus imperio: Par, impar tanto oneri Cic. ad Cacin-
nam. Erat meum consilium, cū fidele Pompeio tum

Lib 6.

Lib. 12.

salutare viriq;. Idem Att. O gratas mihi tuas iucun-
dasq; literas.

Item

LIBER II.

Item verbalia in Bilis, vt Amabilis, Formi-
dabilis, Optabilis.

Cic. in M. Anton. Pax praesertim ciuilis, quanquam o. Phil. 7.
inibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis.

Quaedam praeterea, quae ex prepositione, Con,
componuntur, vt Conscius, Consentaneus, Con-
cors, Concolor, Confinis, cum adiectiua sunt.

Cic. 2. Tusc. Mihi conscius sum nunquam me nimis cu-
pidum fuisse. Idem in M. Ant. Sulpicij mors consenta-
nea vita fuit, sanctissime honestissimeq; acta.

DATIVVS VEL ACCVSATIVVS

cum prepositione Ad post nomen.

Accommodatus, Appositus, Aptus, Idoneus,
Habilis, Vtilis, Inutilis, Natus huic rei, vel ad
hanc rem.

Cicer. ad Pisonem: Ille gurges atq; belluo natus abdo-
mini suo, non laudi, atq; gloria, omneis fortunis, multos
fama, vitaeq; priuauit. Idem de Claris Orat. Gn. Pomo-
peius, vir ad omnia summa natus.

ACCVSATIVVS VEL ABLATIVVS

post nomen.

Adiectiua, quibus generalis dimensio signi-
ficatur, Accusatiuum, vel ablatiuum casum po-
stulant, qui certam mensuram significet.

Liu. Fossam sex cubitis alta, duodecim lata cum duxis-
set: extra duplex vallum fossa circumdedit. Colum. Est a-
ger longus pedes mille & ducentos, latus pedes centum 20.

Bella
Mac. 7.
Lib. 5. c. 3.

APPENDIX

tertij generis.

Interdum adhibetur genitiuus.

Colum. Medice singulos cyathos serere oportet in Areo-
lis longis denum pedum.

Li. 21. c. 4.

GRAMMAT. INSTIT.
ABLATIVVS POST NOMEN.

EXtorris, nudus, dignus, contentus, inanis,
Atq; refertus, inops, locuples, alienus, onustus,
Immunis, plenus, cassus, diuesque, potensque,
Tum fretus, vacuus, tum captus, præditus, orbus,
Indignus, liber, viduus sibi iure Latinum
Assumunt casum, vt: summo vix dignus honore.

OPVS,

Opus nomen adiectiuum accedente verbo
substantiuo, ablatiuum postulat.

Lib. 19.

*Teren. Andria: Nihil isthac opus est arte ad hanc rem,
quam paro. Cic. ad Att. Apud Terentiam gratia opus
est nobis, & tua auctoritate.*

Sepè etiam cū substantiuis more adiectiuo-
rum cōsentit, neq; tamen in casus declinatur.
*Idem ad Curionem, Dux nobis & autor opus est. Idem
ad Tironē. Is omnia pollicitus est, quæ tibi opus essent.
Idem ad Att. Dices nummos mihi opus esse ad appa-
ratum triumphi. Liuius. Scipio ad comparanda ea, quæ
opus erant, tempus habuit.*

Lib. 2.

Lib. 16.

Lib. 6.

Bell.

Pun. 10.

APPENDIX

tertij generis.

Lib 13.

epist.

Opus cum genitiuo iunxit Plancus: *Sed aliquan-
tum temporis & magni laboris, & multa impensa nobis
opus fuit.*

Asinar.

Iungebant Prisci opus etiam cum accusandi casu.
Plaut. Pueri opus est cibum.

Vsus, cū Opus significat, eodē ferè modo construitur.
*Plaut. Viginti iam vsus est argenti minis. Idem. Ad eam
rem vsus est hominem astutū, doctum, scitum, callidum.
Pro opus est homine astuto.*

Tuscul.

Cicero Vsus pro opus vitur, sed sine casu. *De cæteris
studijs alio loco dicemus, si vsus erit.*

Adie.

LIBER II.

Adiectiua diuersitatis, & numeralia ordinis, ablatiuum cum prepositione A, vel ab admittunt.

*Cic. Certa cum illo, qui à se totus diuersus est. Idem Acad. 4.
Att. Nauigationis labor alienus ab etate nostra. Idem Lib. 6.
Post autem conficta à Carneade qui est quartus ab Ar. Acad. 4.
cesila. Hirtius, Imperio, & potentia secundus à Rege. Bell.
Item, Securus, Liber, Vacuus, Purus, Nudus, Alex. 4.
Inops, Orbus, Extorris,*

*Cic. In Verrem. His quidem temporibus in omni orbe Lib. 4.
terrarum vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerunt ab
omni sumptu, molestia, munere. Idem pro domo sua:
Tam inops aut ego eram ab amicis? aut nuda Respu-
blica à magistratibus?*

APPENDIX

tertij generis.

Alienus etiam genitiuo & datiuo coniungitur.

*Cic. Quis alienū putat eius dignitatis, quam mihi quisq. Lib. 1.
tribuit. Idem. Quod illi causa maxime est alienum. de Finibus.*

COMPARA- TIVA.

Comparatiuo vtimur cū Ablatiuo, quando vel plura diuersi generis cōparantur.

Cic. in Cat. Luce sunt clariora nobis tua consilia. Orat. 1. li. 9.

Curt. Maiora sunt premijs pericula.

Vel cum duo eiusdem, aut diuersi generis conferuntur.

*Cic. ad Octau. Quæ non posterior dies acerbior priore?
& quæ non insequens hora antecedente calamitosior
pop. Rom. illuxit? Virtus multo pretiosior est auro.*

B S A P

GRAMMAT. INSTIT.
APPENDICES
primi generis.

I.

Ablatiuus comparatiui intercedente coniunctione quàm, mutari potest in casum verbo congruentem.

Lib. 5.

Lib. 14.

Bell.

Pun. 10.

Cic. in Ver. Tu innocentior, quàm Metellus?
Idem ad Att. Nemo unquam nec poëta, nec Orator fuit, qui quēquam meliorem quam se arbitraretur. Liu. Melior certiorq̄ est tutapax, quàm sperata victoria Terent. in Phor. Ego hominem callidiorē vidi neminem, quàm Phormionem.

II.

Comparatiua, quemadmodum & cetera adiectiua, cum partitionem ad, significant, genitiuum desiderant.

Ab vrb. 3.

Liu. In hanc sententiam ut discederetur, iuniores patrum euincebant. Horat. in arte: O maior iuuenum.

Autores tamen sæpius ablatiuo v-
tuntur cum præpositione, E, vel Ex.

Lib. 16.

Lib. 3.

Cicer. Att. Ante scripta Epistola ex duabus tuis prior mihi legi cæpta est. Plin. ad Caninium: Minorem ex duobus liberis amisit.

III.

Præter suū casum admittunt cōparatiua ablatiuū significantem excessum.

Her.

LIBER II.

*Hercul. fuit procerior te cubito Cur. Turres Lib. 5.
denis pedibus, quàm murus, altiores sunt.*

Item casum suæ positionis. *sui positivi*
*Cicer. ad Plancum: Atibi nemo est amicior,
nec incundior, nec carior Attico.*

Denique hos ablatiuos: Opinione,
spe, a quo, iusto, solito, dicto.

*Cicer. de Claris Orat. Opinione ego omnium
maiozem capi dolorem. Liu. Reate saxum Bell.
visum volitare, sol rubere solito magis, san. Pun. 5.
guineo q̄ similis.*

A P P E N D I X

tertij generis.

Apud veteres interdum leges Comparatium, et-
iam cum res eiusdem generis conferuntur.

*Val. Max. Idem sentit Fabricius Licinius honoribus, au-
toritate, omni ciuitate temporibus suis maior.*

Virg. ——— sed cun̄ctis altior ibat.

Archifes.

ABLATIVVS SIGNIFICANS LAUDEM,
vituperationem, partem.

Pleraq; adiectiua ablatiuū postulant signifi-
cantem laudem, vituperationem, vel partem.

*Qu. Ci. de petitione consulatus; Non erit difficile cer- Lib. 3. ca. 4.
tamē cum ijs cōpetitoribus, qui nequaquam sunt tam
genere insignes, quàm vitijs nobiles. Cicer. de Orat.*

*Sunt quidam aut ita lingua hasitantes, aut ita voce Lib. 2.
absoni, aut ita vultu motuq; corporis vasti, & agrestes,
vt etiam si ingenijs, aut arte valeant: tamen in Orato-
rum numerum venire non possint.*

Idem

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 3. *Idē in Verr. Ob ius dicendū M. Octau. Ligurem hominem ornatissimū loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copijs, poscere pecuniam nō dubitavit. Sallust. ex altera parte C. Anton. pedibus ager, quod pr alio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit.*

Bell.
Catil.

APPENDIX

primi generis.

Ablatium partis frequenter in accusativum mutant poētæ.

Æn. 1. Virg. Os humerosq; Deo similis.

Ep. 1. 3.

Horat. Excepto, quod non simul esses, cetera letus.

Item Historici, sed rariùs.

Bell.

Pun. 1.

Liuius: Falarica est Sagūtinis missile telum, hastili oblōgo, & cetera tereti, praterquam

Lib. 3. c. 1.

ad extremū. Pomp. Mela, Sarmata totum braccati corpus, & nisi quā vident, ora etiam vestiti.

DE CONSTR V-
CTIONE TRANSITIVA
VERBI.

GENITIVVS POST VERBUM.

SVm, genitium petit, cū possessionem significat.

Lib. 2.

Cic. ad Cælium: Iam me Pompeij totum esse scis.

Aut ad aliquid pertinere.

Phil. 12.

Idem in M. Ant. Cuiusvis hominis est errare, nullius, nisi

LIBER II.

*nisi insipientis, perseverare in errore. Idem de Offic. Lib. 1.
Adolescentis est maiores natu vereri.*

Item hæc duo, Interest, & Refert.

*Idem de Finib. Interest omnium rectè facere. Quint. Lib. 2.
Plurimum refert compositionis, qua quib. anteponas. Lib. 9.
ca. 4.*

E X C E P T I O.

Interest tamen, & Refert, hos ablativos ha-
bent, Mea, tua, sua, nostra, vestra.

Ci. Tironi: Et tua, & mea maximè interest, te valere. Lib. 16.

*Terent. in Hecyra: Tua quod nihil refert, percontari
desinas. Cic. pro Cluentio: Hic sua putat interesse, se re
ipsa, & gesto negotio, non lege defendi. Idem pro Syl.
Vestra enim, qui cum summa elegantia, atq; integri-
tate vixistis, hoc maximè interest.*

Cuia, vel cuius interest, per elegãter dicitur.

*Cicer. pro Vareno: Ea cades si potissimū crimini datur,
detur ei cuius interfuit, non ei cuius nihil interfuit. I-
dem in M. Anton. Quis enim est hodie, cuius intersit
istam legem manere? Phil. 1.*

Verbum Est, pro ablativis, Mea, Tua, Sua,
Nostra, Vestra, habet Meum, Tuum, Suum,
Nostrum, Vestrum.

*Cic. de Finib. Si memoria fortè defecerit, tuum est, ut
suggeras. Idem Cacinna: Puto esse meum, quid sentiam
exponere. Ouid. Nulla mora est operi, vestrum est da-
re, vincere nostrum. Lib. 1.
Lib. 6.
Fast. 4.*

A P P E N D I X

primi generis.

Magnum, paruum, tantum, quãtum
iunguntur in genitivo cum verbis in-
terest, & refert,

Cic.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 16. *Cic. ad Tir. Magni ad honorem nostrum interest, quàm primum me ad urbem venire. Idem Att. Per magni nostra interest, te esse*
 Lib. 2. *Roma. Idem ad Q. Fr. Parui refert abs te i-*
 Lib. 1. *pso ius dici. Pöp. Lentulo: Scio, quanti Reip.*
 Epist. ad *interfit, omnes copias in unum locum pri-*
 Attic. 8. *mo quoq; tempore convenire.*

Cætera huiusmodi per adverbium adduntur, vt, Plurimum interest, Maximè refert, Nihil interest.

Lib. 5. *Cic. 1. Tusc. Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putrescat. Idem ad Lucceium, Equidem ad nostrã laudem nõ multum video interesse: sed ad properationem meam quiddã interest, non te expectare.*

A P P E N D I X

tertij generis.

Verbum interest loco genitiui potest accusatiuum cum præpositione Ad recipere.

Cicero: Et quidem ad nostram laudem non multum videtur interesse.

Misereor, Satago genitiuũ casum asciscunt.

Lib. 1. *Ci. Att. Qui misereri mei debet, nõ desinunt inuidere.*

Cent. *Ter. Heaut. Clinia rerum suarum sat agit.*

Misereor interdum dandi casum postulat.

Seneca: Misereor tibi puella.

Obluiscor, recordor, reminiscor, memini, p recordor, tũ genitiuũ, tũ accusatiuũ postulat.

Phil. 3. *Ci. Tusc. est proprium stultitia, aliorum vitia cernere obliuisci suorum. Idem in M. Ant. Omnia obliuiscor, in gratiã redeo. Terent. Eunuch. Faciam, vt mei semper*

memi-

LIBER II.

memineris. Cic. de senectute: Omnia quæ curant se-
nes, meminerunt.

Memini, pro mētionem facio, cū genitiuo
vel ablatiuo, & præpositione De, iungitur.

Quint. Neq; omnino huius rei meminit vsquam poëta. Lib. II.

Idem. De quibus multi meminerunt.

cap. 2.
Ibid.

A P P E N D I X

tertij generis.

Recordor, memini pro recordor etiam cum ablati-
uo & præpositione De iunguntur.

Ci. Quoniam istis vestris lacrymis, de illis recordor, quas Lib. 15.
sape pro me & salute mea profudistis. Idem: De Plancio ad Att.
memini.

DATIVVS POST VERBVM.

Sum, modo Dativum vnum habet.

Cic. Att. Sed nuntiant melius esse ei. Ter. Adelp. Na- Lib. 6.
tura tu illi pater es, consilijs ego.

Modò duos. *afficere*

Cicer. Att. Respondebo primùm postrema tua pagina, Lib. 6.
qua mihi magna molestia fuit.

Verba quæ auxilium, Adulationem, Cō-
modum, Incommodum, Fauorem, Studium
significant dandi casum postulant, vt Auxili-
or, Adūlor, commodo, incommodo, faueo,
tibi, studeo Philosophiæ.

Cic. in Verr. Homini iam per dito, & collū in laqueum Lib. 6.
inserenti subuenisti. Cic. de Orat. Cum ita Balbus es- Lib. 14.

set Demosthenes, vt eius ipsius artis cui studeret, pri-
mam literam non posset dicere perfecit meditando, vt
nemo planius eo locutus putetur.

E X C E P T I O.

Incumbo, cū ad studiū refertur, accusati-
uum cū præpositione, in, postulat, vt incum-
bo

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. I.
Lib. 16.

bo in studium philosophiæ, literarum, &c.
Cic. de Orat. Quã obrem pergite, ut facitis, adolescentes: atq; in id studium, in quo estis, incumbite. Idem ad Att. Nunc mi Attice tota mente incumbe in hanc curam: magna enim res est.

Vel Ad.

Lib. 10.
Orat. 4.

Idẽ in Plan. Mi Plance incũbe toto pectore ad laudem.
Idẽ in Cat. Quare patres cõscripti incũbite in salutem Reip. circumspicite omnes procellas, quæ impendent.

A P P E N D I X

primi generis.

Consulo tibi, hoc est, prospicio tibi, non consilium do.

Orat. 4.

Cic. in Cat. Cõsulite vobis, prospicite patriæ.

Cõsulo te, id est, consilium à te peto.

Lib. 2.

Cic. in Verr. Nunc ego Iudices iam vos consulo quid mihi faciendum putetis. id enim consilij mihi profectò taciti dabitur, quod e-
gomet mihi necessario capiendum intelligo.

Datiuo item adherent composita ex verbo Sum, & quæ obsequium, obedientiam, submissionem, repugnantiam significant, ut Prosum, Obsequor, Obtempero, Seruio, Repugno tibi.

Lib. 2.

Cic. de Offi. Cõtemnuntur ij, qui nec sibi nec alteri profunt, (ut dicitur) in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Idem pro Syl. Ego vero quibus ornamentis aduersor tuis? aut cui dignitati vestræ repugno?

Dan,

LIBER II.

Dandi præterea casum desiderant,
quæ euentum significant: vt Accidit,
Cadit, Contingit, Euenit, Obuenit,
Obtingit.

*Cicero ad Qu. Fr. Ate mihi omnia semper Lib. 1.
honestæ, & iucunda ceciderunt. Idem in
Verr. Sorte præuincia Sicilia Verri obuenit, Lib. 4.
Idem de Offic. Quod cuiq; obtingit, id quisq; Lib. 1.
teneat.*

Item, Libet, Licet, Liqueat, Expedi,
& quæ sunt generis eiusdem.

*Terent. Adelph. Facite, quod vobis libet. Lib. 3.
Cicer. de Orat. Si tibi id minus libebit, non
te urgebo. Idem in Verr. Non idem mihi li-
cet, quod ijs qui nobili genere nati sunt. I. Lib. 2.
dem Acad. Si habes quod tibi liqueat, neq; Lib. 7.
respondes, superbis. Lib. 4.*

Multa denique ex verbis neutris, &
præpositionibus Ad, Con, In, Inter,
Ob, Præ, Sub, dandi casum sibi assu-
munt, vt Assurgo, Cõuiuo, Immineo,
Illachrymo; Interuenio, Obuersor,
Prælucce, Succumbo.

*Cicer. pro Sest. Mihi ante oculos obuersatur
reip dignitas. Idem in Sal. Ego meis maio-
ribus virtute præluxi. Cicer. Bruto. Te obse- Lib. 11.
tro vt in perpetuum remp. dominatu regio
liberes: vt principijs consentiant exitus.*

© DATI-

GRAMMAT. INSTIT.

DATIVVS VEL ACCVSATIVVS
post Verbum.

Antecedo, Anteco, Antesto, Anteuerto,
Attendo, Praesto, Praecurro, Praeco, Praestolor,
Incessit, Illudo, dādi vel accusandi casum ad-
mittunt.

Lib. 4.
Bell.
Mac. 7.

*Cic. de Fin. Virtus tantum praestat ceteris rebus, ut di-
ci vix possit. Liu. Robore nauium, & virtute militum
Romani Rhodios praestabant.*

INTERDICO.

Interdico singulare est, nam praeter dati-
uum ablatiuum habet.

Bell. Gal. 1.

*Ces. Posteaquam in vulgus militum relatum est, quae
arrogantia in colloquio Ariouistus vsus, omni Gallia
Romanis interdixisset, multo maior alacritas studi-
umq; pugnandi maius exercitui iniectum est.*

Item accusatiuum.

Bell.
Mac. 4.

Liu. Fæminis duntaxat vsum purpurae interdicens.

ABLATIVVS POST VERBUM.

Sum, ablatiuum petit significantem lau-
dem, vel vituperationem.

Lib. 1.

*Cic. Lent. Tu fac animo forti, magnoq; sis. Idem post
reditum ad Quirites: Bona valetudo iucundior est eis,
qui è graui morbo recreati sunt, quam qui nunquam
agro corpore fuerunt. Idem contra Rull. Quē vestrum
tam tarde ingenio fore putauit? Idem in Bruto, Sum-
mo iste quidem ingenio dicitur fuisse.*

APPENDIX

primi generis.

Sum, interdum genitiuum habet,
etiam

LIBER II.

etiam cum laus, vel vituperatio significatur.

Ci. pro Sestio, Nimum me timidum, nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor. Idem ad Octau. Anto. vir maximi animi, utinam etiam sapientis consilij fuisset. Plin. ad Cle. Lib. 4. & erat puer acris ingenij, sed ambigui.

ABLATIVVS.

His egeo, indigeo, careo, vaco, victito, vescor, Viuo, superfedeo, potior, delector, abundo, Mano, redūdo, fluo, scateo, fruor atq; laboro, Glorior, oblector, letor, quib⁹ addito nitor, Cōsto, pluit, valeo, possū, sto, fungor, & vtor, Quem Graij ignorant casum tribuere Latini.

Ci. Qu. Fr. Incredible est mi frater, quam egeam tempore. Idem Offic. 1. Nihil honestum esse potest, quod iniustitia vacat. Plin. lib. 6. c. 30. Pars quadā Aethiopum locustis tantum viuit, fumo & sale duratis. Cicer. pro Sext. Rosc. Cōmoda, quibus vtimur, lucemq³, qua fruimur, spiritumq³, quem ducimus, à Deo nobis dari, atq³ impertiri videmus. Liuius ab vrbe, Nunciatum est Regi, Patribusq³, in monte Albano lapidibus pluuisse. Lib. 6. cap. 1.

Quibus adde Periclitor.

Quintilianus, Si aut statu periclitari, aut opinione litigator videtur.

APPENDICES

primi generis.

I.

Egeo, indigeo, potior, etiam casum interrogandi admittunt.

C B

Cic.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 7.
Phil. 6.
Lib. 1.

*Cic. ad Att. Egeo consilij, quod optimum fa-
ctu videbitur facies. Idem in Anton. Hoc
bellum indiget celeritatis. Idem Lent. Oti-
um nobis exoptandum est, quod ij, qui poti-
untur rerum, praestaturi videntur.*

II.

Potior, Vescor, Fungor, Pluit nõ re-
cusant accusandi casum.

Lib. 10.
cap. 3.

Lib. 2.
dec. 5.

*Cicer. Tusc. 1. Ego doleam, si ad decem millia
annorum gentem aliquam urbem nostram
potituram putem? Plin. Aves nonnulla ve-
scuntur ea, quæ rapuere pedibus. Terentius
Adelphis. Neq; boni, neq; liberalis functus
est officium viri. Liuius: In area Vulcani &
Concordia sanguinem pluit.*

Neutra sæpe ablatiuum admittunt signi-
ficantem partem.

Lib. 2.

Lib. 1.

*Cic. de Orat. Equidem & in vobis animaduertere so-
leo, & in me ipso sapissimè experior, vt exalbescam in
principijs dicendi, & tota mente, atq; omnibus artu-
bus contremiscam. Idem ad Qu. Fr. Si tibi bellum ali-
quod magnum, & periculosum administranti proro-
gatum imperium viderem, tremere animo.*

Hoc genere loquendi frequentius vtun-
tur poëtae, qui ablatiuum etiã in accusatiuum
mutare consueuerunt.

Epist. 1.
Ser. 2. sat. 7.

Geor. 3.

*Horat. Animoq; & corpore torpet: Idem, Tremis ossa
pauore.*

Virg. Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus.

AP-

LIBER II.
APPENDICES
tertij generis.

I.

Careo, abundo, scateo, apud veteres etiam cum genituo iungebantur.

Terent. Tui carendum erat. Lucil. Quarum abundamus rerum. Cell. Irarumq; scatebat. Heaut. Lib. I. C. I.

Consto, laboro, frequentissime præpositionem ex admittunt.

Cicero. Cum constemus ex anima & corpore. Tusc. 3.

II.

Vtor & abutor apud Comicos sæpè accusatiuum habent.

Plaut. Cetera quæ volumus uti Græca mercamur fide. Capr. Andria.
Ter. Non in prologis scribundis operam abutitur.

DE CONSTRUCTIONE
verbi Actiui.

Verbum Actiuū, vel potius Accusatiuum verbum, cuiuscunq; id demū positionis sit, post se accusandi casum postulat.

Vt: Deum cole, Imitare diuos, Amplectere virtutem.

Noui animi tui moderationem. Non decet ingenuum puerum scurrilis iocus. Heu quàm miseram vitam viuunt auari.

Cic. ad Att. Ingrati animi crimen horreo. Lib. 9.

Idem ad eundem, Amariorem me senectus fecit, stomacho machor omnia. Lib. 14.

APPENDIX.

Hęc tria postrema & similia tãtis per actiua censentur, dū accusandi casum sibi vendicant.

GENITIVVS PRÆTER ACCVSATIVVM.

Verba Accusandi, Absoluendi, Damnandi, Potissimum Accuso, Accerso, vel Arcesso, Ar-

C 3 guo,

GRAMMAT. INSTIT.

guo, Alligo, Astringo, Coarguo, Defero, In-
cuso, Infamo, Infimulo, Postulo, Absoluo,
Damno, Condemno, Convinco, præter accu-
satum, genitium admittunt, qui pœnam,
crimenve certum, aut incertum significet.

Lib. 1.

Lib. 4.

*Cic. pro Caio Rab. An non intelligis primum quos ho-
mines & quales viros mortuos summi sceleris argu-
as? Autor ad Heren. Caius Cecilius iudex absoluit in-
iuriarum eum, qui Lucium poetam in scena nomina-
tim laeserat. Idem: Maiores nostri si quam vnus pec-
cati mulierem damnabant, simplici iudicio multo-
rum maleficiorum conuictam percutiebant. Cic. pro Caio
Rab. Ciuem Romanum capitis condemnare cogit. Te-
rent. Eunuch. Hic furti se alligat. Plaut. Penul. Homo
furti se astringit.*

APPENDICES

primi generis.

I.

Genitium Criminis maximè cum
his verbis, Accuso, Arguo, Defero, Po-
stulo, Appello; Absoluo, Damno, Cõ-
demno, in Ablatum cum præposi-
tione De, mutari potest.

Lib. 1.

Bell.
Pun. 6.

*Cic. Att. Non committam posthac, ut me ac-
cusare de epistolarum negligentia possis. Li.
Blactius de prodicione Dasium appellabat.*

EXCEPTIO.

Hoc tamen nomen, Crimen, ablati-
uo sine præpositione effertur.

Cic.

LIBER II.

*Cicero Curioni: Si iniquus es in me iudex, Lib. 2.
condemnabo eodem ego te crimine.*

Dicimus etiam, Capite aliquem
damnare, punire, plectere.

*Auctor ad Herenn. Eum vos iurati capite Lib. 4. c. 1.
damnastis. Suetonius in Othone: Ausus est
milites capite punire. Marcellus: Capite Pand. 40.
plecti debent, vel in Insulam deportari.*

II.

Absoluo, Libero, Alligo, Astringo,
Multo, Obligo, Obstringo, quemad-
modum suapte natura ablativum pe-
tunt, ita & ablativum significantem
pœnam, crimenve sine præpositione
admittunt.

*Liuius, Ego me, et si peccato absoluo, suppli- Ab vrb. 3.
cio non libero. Cicero de Orat. Vitia homi- Lib. 1.
num atq; fraudes, damnis, ignominijs, vin-
culis, verberibus, exilijs, morte multantur.*

APPENDICES

tertij generis.

I.

Non temerè vtendum est verbis accusandi. Nec
enim corripio, reprehendo, vitupero, culpo, casti-
go, punio, plecto, multo, excuso, traduco, cum ge-
nitivo iunguntur. Item, sugillare, taxare alicuius par-
simoniam, &c. dicam potius, quàm sugillare aliquem
parsimonie.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 10. *Sen. Cùm cœperat voluptates nostras traducere, laudare castum.*
ep. 8.

II.

Verba hæc accusandi, &c. interdum præpositionem
In admittunt.

Ad Qu. *Cic. Primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te excuso.*

Frat. Purgo me apud aliquem seu alicui de aliqua re, vñ-
tatius est, quàm alicuius rei.

Ad Att. *Cicero: de altero ei me purgavi.*

Admoneo, Commoneo, Commonefacio,
genitium habent cum accusatiuo.

Lib. 1. c. 2. *Quint. Grammaticos sui officij commoneamus. Autor*
Lib. 4. *ad Her. Cùm ipse te veteris amicitia commoneface-*
Lib. 5. *ret, commotus es?*

Item Misereat, Miserescit, Piget, Pœnitet,
Pudet, Tædet.

Plaut. Trinum. Misereat te aliorum, tui te nec misereat,
nec pudet. Ter. Heaut. Inopis nunc te miserescit mei.

Cic. pro Planc. Vide quàm me verbi tui pœniteat. Ter.

Adelph. Fratris me quidem pudet, pigetq;. Idem Att.

Quid quaris? tædet omnes nos vita.

APPENDICES

tertij generis.

I.

Hæc priscais illis temporibus integra fuisse, omni-
bus personis numerisq; absoluta, docent non obscura
vestigia.

Hecub.

Æn. 8.

Meneah.

lib. 7. c. 3.

Cal.

Ennius: Misereat manus, date ferrum, ut me anima pri-
uem. Virg. Arcadij quaso miserescite regis. Plaut. Adole-
scens quaso loquere tuum mihi nomen, nisi piget. Quint.
Eo usq; processum est, ut non pœniturum pro acturum
pœnitentiam dixerit. Sallust. Plaut. Ita nunc pudeo, atq;
ita nunc pœneo. Gell. Cùm omnes finem cuperent, verbisq;
omnis fatigati pertaduisent.

Nomi-

LIBER II.

Nominatiuum apertè simul cum accusatiuo nunc accipe.

Terent. Num hac te pudet? Plaut. Et me quidem conditio nunc non pœnitet. Adolph. Stith.

II.

Quinq; hæc verba videntur quondam fuisse deponentia, cui rei argumento est carmen Turpill. apud Non.

Quam matris, nunc patris miseretur magis. Quadrigarius apud Gell. Cai Mari. Q. quando te nostrum & Reip. miserebitur. Lib. 20. c. 5.

Vnde adhuc illa existunt: misertum est, pigritum est, puditum est, pertæsum est. *Ter. Si me Dij amabunt, ut me tuarum misertum est fortunarum. Cic. pertasum est enim leuitatis, assentationis amicorū, non officijs sed temporibus seruientium. Suet. Et quasi pertasus ignauiam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset.* Heaut. 1. 1. ad Q. Fr. In Cæs. c. 7.

Aliquando omittitur accusatiuus.

Virg. Si non pertasum thalami tadaq; fuisset. 4. Æn.

Id quod sæpenumero actiuus vlu venit.

Cicer. Prorsus vitæ tædet. Ter. Num cogitat, quid dicat? num facti piget? ad Att. 1. 3. Andria.

III.

Pacuuius apud Nonium impersonaliter vtitur verbo vereor, eodem modo. *Nihil te populi veretur? Et Accius: Si tui veretur te progenitoris. Et Cic. Primum Aristippi Cyrenaicorumq; omnium, quos non est veritum.* *minus sententia*
Etc.

VERBA ÆSTIMANDI.

Verba æstimandi, præsertim æstimo, Duceo, Facio, Habeo, Pendo, Puto, præter accusatiuum hos ferè genitiuos assumūt, magni, maximi, pluris, plurimi, parui, minoris, minimi, tanti, tantidem, quanti, quanticunque.

C 5

Cic.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 6.
Orat. 4.
Lib. 23.
Cic. Attic. Ego pro Pompeio libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem. Ter. And. Merito te semper maximi feci Chreme. Idem Heaut. Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes.

A P P E N D I X

primi generis.

Lib. 3.
Dicimus etiam, Magno, permagno, paruo, & magno precio aestimare.
Cicer. de Finib. Ne ego istam gloriosam, memorabilemque virtutem non magno aestimandam putem. idem in Verr. Tu ista permagno aestimas? Valer. Max. Magno ubique pretio virtus aestimatur. Sen. Nisi forte paruo te aestimas.

Lib. 3.
Monach.

A P P E N D I X

secundi generis.

Nauci, flocci, pili, assis, teruntij, nihili cum verbo Facio, iunguntur.
Lib. 2.
Cic. de Fin. Eum nihili facit.

Dicimus etiam,

Tuas minas huius non facio. Flocci, nihili tuas fortunas pendo. Non assis, non floccite aestimo. Pro nihilo habeo, puto, duco diuitias omnes pro virtute. Non nihilo bonam valetudinem aestimo.

Lib. 10.
Æu.
Sum, pro aestimor, genitiuos, magni, maximi, pluris, plurimi, caeterosque admittit.
Cic. pro Sest. Quis Carthaginensium pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis? Idem ad Cass. Magni erunt mihi tuae literae.

S I N

LIBER II.

SINGULARIA.

Aequi, boniq;, vel æqui boni facio, boni consulo, singularia sunt.

Terent. Heaut. — equidem istuc Chreme

Æqui, boniq;, facio.

Cic. ad Att. Tranquillissimus animus meus totum istuc equi boni facit. Sen. Hanc coqui, ac pistoris moram boni consulo, Idem. Hoc munus rogo, qualecunq; est boni consulas. Epist. 127.
De be-
nef. 1.

DATIVVS CVM ACCVSATIVO.

Verba dandi, reddendi, committendi, promittēdi, declarandi, anteponēdi, Postponendi præter accusatiuum, datiuum exigunt.

Cic. pro Planc. Salutem tibi ijdē dare possunt, qui mihi reddiderūt. Ter. Andr. Facile omnes cum valemus re- Phil. 10.
Lib. 10.
Et a consilia egrotis damus: Idem Eunuch. Ego me tua committo fidei. Cic. in Ant. Graciatendit dexteram Italia, suumq; ei presidium pollicetur. Idem Attico. Meas cogitationes explicavi tibi superioribus litteris. Lib. 13.
cap. 19.
Idem: Part. Ista tua studia vel maximis occupationibus anteferrem libenter: Plinius, Cyrenaica regia loton sua postposuit paliuro.

A P P E N D I C E S

primi generis.

I.

Alia præterea sunt huius ordinis, vt Facio tibi iniuriam: Facio tibi fidem, Ago vobis maximas gratias. Interdixisti nobis vsum purpure. Minor, mitor tibi mortem, tormenta: Scribo, mitto tibi, & ad te literas. Vatinius ad Ciceronem. Omnia Lib. 8.
mihi

GRAMMAT. INSTIT.

- Lib. 4. *mibi dura imperas. Sulpitius ad Cicer. Ea tute tibi subijce, quæ alijs tute præcipere soles. Idem Att. Tu quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. Idem ad eundem. Hoc velim tibi penitus persuadeas. Ad eundem. Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te chariorem.*

II.

Multa deniq; composita ex actiuis, & præpositione Ad, In, Ob, Præ, Sub, præter dativum, etiam accusandicatum postulant.

- Lib. 3. *Cicer. Attic. Inimici mei me a mihi, non me ipsum ademerunt. Idem ad eundem. Vereor ne Pompeio quid oneris imponam. Idem in Anton. Antonius ignobilitatē obijcit C. Cesaris filio. Idem de uniuers. Præfecit Deus animum ut dominum, & imperatorem obedienti corpori. Idem pro Mur. Nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentia.*

APPENDIX
secundi generis.

I.

Habeo tibi fidem, id est, credo, vsitatissimum elegantissimumque est. Adhibeo tibi fidem, in eadem re, dubium controuersumque est. *significatione*

APPEN.

LIBER II.
APPENDIX

tertij generis.

Verbum mutuo non est huius loci: non enim dicimus, Mutuavi tibi pecunias, Mutuasti mihi centum nummos: sed dedi tibi pecunias mutuas.

Dedisti mihi mutuos centum nummos, dedisti mihi mutuum frumentum. Cicer. Att. Egeo rebus omnibus, quod is quoque in angustijs est, qui cum sumus, cui magnam dedimus pecuniam mutuam. Teren. Heaut. Hinc drachmarum argenti mille dederat mutuam. Lib. II.

GEMINI DATIVI PRÆ-
ter Accusativum.

Sunt quibus geminus dativus præter accusativum apponitur.

Do tibi hoc laudi, vitio, culpa, crimini, pignori, fœnori, Vertis id mihi vitio, stultitia, Ducis honori, gloria, laudi, vitio, damno Cic. pro Sext. Rosc. Profectote intelliges inopia criminum, summam laudem Sext. Roscio, vitio, & culpa dedisse. Plaut. Epid. Quis erit, vitio quid non veri at tibi? Terent. Adelph. — tu nunc tibi id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.

GEMINVS ACCVSATIVVS
post Verbum.

Moneo, Doceo, cum compositis: item Flagito, Posco, Reposco, Rogo, Interrogo, Celo duos accusandi casus admittunt.

Cic. Att. Id ipsum quod me mones, quatrividuo ante ad eum scripseram. Idem ad eundem: Illud me præclarè admones quum illū videro, ne nimis indulgenter, cum gravitate potius loquar. Idem ad Trebat. Silij causam se docui: Idem ad Q. Fr. Hoc te ita rogo, ut maiore stidius rogare non possim. Lib. 4. Lib. 9. Lib. 7. Lib. 1.

A p.

GRAMMAT. INSTIT.
APPENDICES
primi generis.

I.

Monco, Admonco, Commonco,
Doceo, Edoceo, Erudio te de hac re, id
est commonefacio, certiore facio.

Lib. II.

*Gic. Atti. Extremum est, quod te orem, cum
Camillo communices, ut Terentiam monea-
tis de Testamento. Salust. Senatum edocet
de itinere hostium. Cicer. ad Caelium. Obuia
mibi, velim, sint tuae literae, quae me erudi-
unt de omni repub.*

Lib. 6.
Cerial.

II.

Interrogo, Celo, eandem praeposi-
tionem admittunt.

Lib. 7.

*Idem in Part. Sic ego te vicissim iisdem
de rebus interrogem. Idem ad Trebat. Bas-
sus noster me de hoc libro celavit.*

Celo etiam datiuo gaudet, maxime
voce passiva.

*Terent. Phorm. Si hoc celetur patri, in metu
sum.*

APPENDICES
secundi generis.

I.

Verbo commoneo non ausim geminum
accusativum dare: sed accusativum cum geni-
tivo, vel ablativo.

Erud.

LIBER II.

II.

Erudio, instituo, informo, instruo, imbuo, quamuis sint verba docendi, non tamen geminum accusatiuum habent: sed accusatiuum cum ablatiuo.

Vt, Erudire aliquem artibus, institutis, praeceptis, &c. Informare, instituere, instruere aliquem doctrina, literis Graecis, imbuere bonis moribus, religione.

A P P E N D I C E S

tertij generis.

I.

Peto cum duobus accusatiuis, nondum quod meminero apud veteres inueni. *Petere iura Cordubam*, dicit Plinius, ea dicendi figura, qua peteret in Indos, pro ab Indis. Lib. 3. ca. 16.
Lib. 12. c. 7.

II. *exigis a me*

Prisci dicebant. *Exigor pecunias portorium*. Vnde videntur etiam dixisse. *Exigo te pecunias, portorium, qua seculum eruditius reiecit.* *exigo a te*

III.

Erudio apud Poetas duos accusatiuos admittit. *Stat. Et qua te leges praeceptaq; fortia belli.* Tob. 10.
Erudijt genitrix nimium didicisse queretur.

ABLATIVVS PRAETER

Accusatiuum.

Induo, Insterno, Vestio, Exuo, Calceo, Cingo, & his similia ablatiuum praeter accusatiuum sibi adsciscunt.

Cic. de nat. deor. Oculos natura membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit. Ibid. Diligentius urbem religione, quam ipsis mœnibus cingitis. Lib. 24.

Item implendi verba, Onerandi, Liberandi, & his contraria,

Cic.

GRAMMAT. INSTIT.

Phil. 2. Cic. de Vniu. Cum cōstituisset Deus bonis omnibus ex-
 Lib. 6. plere mundum, mali nihil admiscere. Idem in Anton.
 Orat. 4. Omnibus eum contumelijs onerasti. Idem in Verr. A-
 polloxium omni argento spoliasti. Idem in Cat. Magno
 me metu liberabis, dummodo inter me, atq; te murus
 Lib. 2. intersit: Idem de Offic. Nunquid se obstrinxit scelere,
 si quis tyrannum occidit.

Lib. 9. Multa præterea priuandi
 Cic. Attic. & Egritudo me somno priuat. Teren. Phor.
 Emunxit argento senes.

A P P E N D I C E S

secundi generis.

I.

Impleo etiam genitiuum admittit.
 Cic. ad Pat. Non potes ollam denariorum implere.

II.

Compleo apud Plautum cum genitiuo re-
 peritur.

Monac. Parasitus, qui me compleuit flagitiij & formidinis.

A P P E N D I C E S

tertij generis.

I.

Impleo, interdum ablatiuum habet cum præposi-
 tione De.

Mart. Hos nisi de flaua loculos implere moneta.
 Non decet.

II.

Verba vestiendi, nondum quod meminerim, legi a-
 pud veteres cum duobus accusatiuis, iuncta voce acti-
 ua: passiuua quidem apud Poëtas reperuntur.

Lib. 10. Curt. Itaque reuocatus vestem patris eam ipsam, qua in
 sella erat, induitur

Virg. ——— Deinde comantem.

2. An Androgei galeam, clypeiq; insignis decorum.
 Induitur.

AP-

LIBER II.

ABLATIVVS CVM PRAEPOSIT

tionē, A, vel Ab, præter Accusatiuum.

Verba Petendi, percõtandi, præter accusatiuum ferè ablatiuum cum præpositione, A, vel ab, postulant, vt, Posco, Reposco, Flagito, Efflagito, Postulo, Deprecor, Peto, Cõtendo, Exigo, Percontor, Quæro, Sciscitor.

Cic. in Verr. Nihil est, quod minus ferèdum sit, quàm Lib. 1.
rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit
sua reddere. Idem Figulo: Quid acta vitæ, quid studia Lib. 4.
tua à te flagitent, videbis. Idem de Orat. Quo facilius Lib. 2.
id à te exigam quod peto, nihil tibi à me postulantibus
recusabo, Idem pro Sylla. Quam multorum hic vitam
est à Sylla deprecatus.

Quæro, percontor, sciscitor à te, vel ex te.

Cic. in Vatinius. Quæro illud etiam ex te, quod priuatus admisisti. Idem de Nat. deor. Epicuri ex Velleio Lib. 8.
suscitabar sententiam. Auctor ad Her. Ab aduersarijs Lib. 1.
percontatur accusator, quid futurum sit.

A P P E N D I X

tertij generis.

I.

Nō statim existimabimus, si quæ verba præter proprium accusatiuum admittunt hos, Hoc, Illud, Istud, Id, Idem, Quid, Quod, Aliquid, &c. posse etiam quous alios admittere. Nam his multò liberiùs, quàm ceteris vtuntur auctores.

Ter. Ego domi erò, si quid me voles, Cic. Non quomodo aliquid inuare posses. Heaut., ad Att. l. 6.

Oro, exoro, obsecro, post Accusatiuum personæ, ferè subiunctiuum postulant intercedente Vt.

Cic. Frater exorauit me ipsum, vt huc secum venirem. de Orat.

Multa præterea verba auferendi, remouēdi,

D absti-

GRAMMAT. INSTIT.

abstinēdi, accipiendi, præter accusatiuum, ablatiuium etiam casum cū præpositione, A, vel Ab admittunt.

Lib. 2.

Cic. pro Domo sua. Clodius pecunias cōsulares à senata abstulit. Idē pro Milone: Ego Clodij furorem à cervicibus nostris repuli. Ci. de Fin. Abstinet se ab iniuria. Cic. Praclarum à maioribus morem accepimus.

Fœneror, mutuor abs te pecuniam.

Cicero 2. Tusc. A viris virtus est nomen mutuata.

APPENDICES

tertij generis.

I.

Quædam etiam præpositionem De admittunt.

Pro
Corn.

Cic. Audini hac de patre meo puer. Idem, Is fundum Roma mercatus est de pupillo.

Intelligendi verba præpositionem, Ex, recipiunt quæ interdum imitantur nonnulla ex ijs, quæ modo commemorauimus.

Lib. 2.

Cicero Calio: Ea certissima putabo, qua ex te cognoro. Idem de Senect. Poma ex arboribus, si cruda sunt, viuelluntur: si matura & cocta, decidunt.

VARIA CONSTRUCTIO.

Quædam modò datiuum, modò ablatiuum cū præpositione habent, præter accusatiuum, vt: Furor, Surripio, Eripio, Aufero.

Lib. 2.

*Cic. Att. Si ego tuum ante legissem furatum me abs te esse diceres. Plin. Nemo furatur alteri. *si: aliqd.**

Induo, dono, impertio, aspergo, datiuum, vel ablatiuum sine præpositione habent.

Cic. pro S. Roscio. Non pauca suis adiutoribus largè effuseq; donabat. Idem pro Cornel. Eum Pompeius ciuitate donauit.

VER-

LIBER II.

VERBUM PASSIVUM.

Verbum passivum ablativum cum prepositione, A, vel ab postulat post se, qui ex nominatio verbi activi fit.

Cicer. de Nat. deor. Nihil est virtute amabilius, quam Lib. 10.
qui adeptus est, ubicunq; erit gentium, à nobis diligetur.
Idem ad Ciceronem, Liber tuus & lectus est, & Lib. 6.
legitur à me diligenter, & custoditur diligentissime.
Idem. Att. An tu existimas ab vlllo malle me legi, pro- Lib. 3.
bariq; quam à te.

APPENDICES

primi generis.

I.

Verba passiva nonnunquam dandi casum pro auferendi, more Græcorum, admittunt, idq; ferè apud poëtas.

Ouid. Cum toties eadem dicam, vix audior 3. de Pont. vlli.

Cic. Auditus nobis Lælij Caij filij saepe sermo.

Interdum accusativum addita prepositione Per.

Cic. Id assequetur, si per Praetores Consules de Clar. Orat.
creantur.

APPENDIX

tertij generis.

Cum activa passivis permutantur, accusativus in nominativum migrat, vt *Legi librum tuum, Liber tuus lectus est à me.*

Si verbum geminum accusativum postulet, mutabitur

D 2

bitur

GRAMMAT. INSTIT.

bitur in nominatiuum, qui præstantior est, hoc est, qui personam significat. altero permanente *Doceo Antonium litteras, Antonius docetur litteras à me.*

Si verò vterque accusatiuus ad eandem rem spectet vterque mutabitur in nominatiuum, vt *Creo Casarem Consulem. Casar creatur à me Consul.*

VERBA PASSIVA, QVAE TEMPORA sine personis habent, hoc est præcipuis personis prima & secunda.

Sunt verba passiuæ, quæ tertia persona contenta sunt. Hæc præcedit nominatiuus, si actiua sequatur accusatiuus, vt *dormio totâ hyemem.*

Lib. 13. *Martialis, Tota mihi dormitur hyems.*

Nunc tertiam viuo ætatem.

Metam. 12. *Ouidius — nunc tertia viuuntur ætas.*

Quod si in actiuis lateat accusatiuus, latebit etiam in passiuis nominatiuus.

Bell. Gal. 4. *Cesar, nostri milites amplius quatuor horas fortissimè pugnauerunt.*

A nostris militibus amplius quatuor horis fortissimè pugnatum est.

Interdum vterq; casus apparet.

Plaut. in Pseudo. Priusquam istam pugnam pugnabo, ego etiam prius dabo aliam pugnam. Cic. pro Murena. Ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum Rege commissa est, & summa contentione pugната Salust. in lug. Quæ negotia multò magis, quam prælium malè pugnatum à suis, regem terrebant.

Post se ablatiuū singularis vel pluralis numeri

LIBER II.

meri, cum præpositione, A, vel Ab, exigunt.
Cicer. ad Appium. Nihil est à me inferuitum temporis causa. Idem Lent, Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. Lib. 6.
 Lib. 3.

Hic casus sæpenuerò tacetur.
Plaut. in Pseudo. Quid agitur? P. Statur hic ad hunc modum. Idem in Persa, Quid agitur? viuitur.

A P P E N D I X
 secundi generis.

Hæc verba passiuorum constructionem omnino sequuntur, modò enim etiam datiuum habent.

Mart. Tot a mihi dormitur hyems. Lib. 13.

Modò Accusatiuum cù præpositione Per.
Cic. Confirmabat is curaturum se esse, ne quid ei per filium noceretur. in Verr. 4.

VERBA COMMVNIA.

Verba communia passiuua significatione, passiuorum more sextum casum interdum admittunt.

Ci. ad Nepotem: Hoc restiterat etiam, vt à te fictis aggrederer donis. Idem de Sen. Mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa & descripta.

Varro, ab amicis hortaretur.

Liu. Omnis ora maritima ab Achaïs depopulata erat. Idem: Amicum ab ipso per tot casus expertum. Senec. Infirmiores à validioribus tuebantur. Val. Flac. Scuitiaq; eorum ab omnibus abominaretur. Hirtius. Caius interim Virgil Postquam terra mariq; clausus, se nihil proficere intellexit. Regem vagū, à suis desertū, ab omnibus aspernari. Apud Pr. lib. 8. dec. 4. li. 5. dec. 5. ep 91. Apud Pr. 8. de bello Afric.

GRAMMAT. INSTIT.

Nonnunquam datiuū pro ablatiuo habent:
Ter. Pbor. Meditata sunt mihi omnia mea incōmoda.

ADMONITIO.

Tyrones maximè præfenti tempore, & imperfecto, à verbis communibus significatione passiuā, quod ad eius fieri poterit, abstinēbunt.

Hęc enim testimonia non tam eorum causa, quàm in veteranorum gratiam allata sunt: quibus pro sua prudentia & eruditione, an sit utendum, iudicabunt.

NEUTRO PASSIVA.

Vapulo, Veneo, Fio, ut passionem significant, ita passiuorum more construuntur.

Lib. 12. c. 1. Malo à parentibus vapulare, quam assentatoribus aures patefacere Cicer. ad Tiro. Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. Quintilian. Fabricius respondit, A ciue spoliari malle, quam ab hoste venire.

A P P E N D I X

primi generis.

no. magis p. 20
Fio eleganter cum ablatiuo iungitur sine præpositione, sed alia significatione.

Lib. 14. Terent. Andr. Nunc primū audio, quid illo factum sit. Ibidem. Quid me fiet? Idem Heaut. Tu fortasse quid me fiat parui perdis. Cic. ad Terent. Quid puero misero fiet? Ibid. Quid Tulliolam ea fiet.

Par-

LIBER II.

Participium futurus, eodem sensu
eundem casum postulat,

Terent. Heaut. Quid me futurum censes?

Et cum Dativus.

Cicero in Anton. Vide queso Antoni, quid tibi futurum sit. Phil.

A P P E N D I X

secundi generis.

Verbum facio eodem modo usurpatur a
doctis, quo fio.

Cicero. Quid hoc homine faciat?

Ter. Nec quid me nunc faciam scio.

Cic. Quid tu huic homini facias?

Idem. Quid enim faceret huic conclusioni?

In Verr.

lib. 3.

Pro Cæcilia.

Andria.

4 Acad.

COMMUNES OMNIUM VERBORUM Constructiones.

Hactenus de propria, atque priuata verbo-
rum constructione dictum sit:

Deinceps de communi omnibus dicen-
dum erit.

GENITIVVS COMMVNIS.

Propria pagorum, castellorum, urbium,
primæ vel secundæ declinationis, ponuntur
in genitivo post quoduis verbum, si interro-
gatio fiat per Aduerbiū Vbi.

Cic. Att. Egnatius Romæ est. Idem ad Q. Fr. Accepi lite- Lib. 4.

ras tuas datas Placentia. Idem Att. Veteranos, qui qui Lib. 2.

Casilini, & Calatia sunt, perduxit ad suam sententiam. Lib. 16.

Propria sequuntur appellatiua quatuor, Hu-

D 4 mi,

GRAMMAT. INSTIT.

mi, Belli, Militiæ. Domi, quorum postremo adiungi possunt adiectiua, Meæ, Tuæ, Suæ, Nostræ, Vestræ, Alienæ.

Lib. 2.

In Catil.

Lib. 4.

Cic. 5. Tusc. Theodori nihil refert, humine, an sublimè putrescat. Idē de Offi. Quibuscunq; rebus vel belli, vel domi poterunt, Remp. augeant. Salust. Domi militiaq; boni mores colebantur. Cic. ad Marcell. Nonne maius sine periculo domi tua esse, quam cum periculo aliena?

Si propria tamen fuerint tertiæ declinationis, vel pluralis numeri, sexto casu utendum est.

Lib. 1.

Lib. 16.

Lib. 13.

Lib. 16.

Cic. de diuinat. Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. Idem Tyrone. Si statim nauiges, nos Leucade consequere. Idem Sulpitio, Cōmendo tibi maiorem in modum domum eius, quæ est Sicyone. Idem Att. Malo cum timore domi esse, quam sine timore Athenis tuis. Idem ad eundem, Lentulum nostrum scis Puteolis esse. Idem pro Cornel. Vnum obijcitur natum esse Gadibus, quod nemo negat.

Lib. 9.

APPENDIX

primi generis.

I.

Datiuo Ruri, vel ablatiuo Rure utimur, cum huius est loci.

Lib. 3.

dec. 4.

Plaut. Bacch. Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est. Liu. Morientem rure eo ipso die sepeliri se iussisse ferunt.

APPENDIX

secundi generis.

Domi etiam cum substantiuis copulatur. Cicero, Clodius deprehensus domi Cesaris.

Idem

LIBER II.

Idem præpositionem addidit. *Cum in domo* Ad Att. l. 1.
Cæsaris quondam vnus vir fuerit. Ad Att. l. 2.

APPENDICES

tertij generis.

I.

Humi iungitur interdum cum verbis significantibus motum.

Plin. Intentos ingentes arcus desigunt humi.

Virgil. Nec prius absistit quàm septem ingentia victor. Æn. 12.

Corpora fundat humi.

II.

Fortè nominum Tybur & Anxur apud veteres & E & I ablatiuus literis terminabantur. Legimus enim vtroque modo.

Cicer. Nunc demùm rescribo ijs literis, quas mihi misisti. Ad Att. conuento Antonio Tyburi. *Liuius. Tybure haud ita multo ante mortuus.*

III.

Quidam dubitant dicendum ne sit *Marcellus natus est Roma, nobilis urbis, an nobili urbe.* Pro Archi.

Cicero posteriore modo loquitur:

Natus est Antiochia, loco nobili & celebri quondam vrbe. Pro Rul.

Idem præpositionem interponit.

Neapoli in celeberrimo oppido. Item: Alba, in vrbe opportuna. In Ant. Philip.

Plin. ferè ablatiuo vtitur præpositione præposita.

In Nea, oppido Troadis. Idem: In ciuitate Parasino. Lib. 2.

Si verò per aduerbium *Quò*, fiat interrogatio accusandi casu efferuntur, cuiuscunque sint declinationis, ac numeri vt, *Quo is? Romam, Brundusium, Carthaginem, Athenas,*

D s Del.

GRAMMAT. INSTIT.

- Lib. 14. Delphos, Gades, Rus, Domum. Cic. Att. Episto-
las Catinam, Taurominum, Syracusas comodius mit-
tere potero. Plin. Sueffam Pomeriam illa tempestate
Lib. 7. florentissimam deportata est Teren. Heaut. Domum
cap. 6. reuertor maestus. Idem Eunuch, Rus ibo. Cic. pro Archia.
Eum domum suam receperunt.

APPENDICES

tertij generis.

I.

Verba nuntiandi, dandi, latentem motum adsigni-
ficant interdum.

- Cic. in Ver. Cic. Res ab omni conuentu cognita, celeriter domum nunt-
ad Brut. l. ciatur. Idem. Ita Romam erat nuntiatum.
10.

II.

opp. domi Propria item Rus & domus numero multitudinis
adiectiua sine praepositione admittunt.

- Lib. 13. Iustin. Appropinquante vespere equum conscendit. &
Lib. 2. Rus urbanum contendit. Liu. Vt ambo exercitus Veiens,
& Tarquinensis suas abirent domos.

Rus numero multitudinis nondum legi sine praepositione.

- Jugurt. Sall. Domum Regiam comportant.

Si per Vnde, vel Qua, fiat interrogatio, ablatiuo vtemur.

- Lib. 5. Vnde redis? Roma, Carthagine, Athenis, Delphis, Ga-
Lib. 16. dibus, Rure, Domo. Qua iter fecisti? Roma, Brundufio,
Lib. 5. & c. Cic. Attic. Accepi Roma sine tua epistola fascicu-
lum literarum. Idem Attic. Hac super re scribam ad
te Rhegio. Ter. Eunuch. Video rure redeuntem senem:
Cicer. ad Att. Iter Laodicea faciebam, cum has literas
dabam in castra.

LIBER II.
APPENDICES

tertij generis.

I.

Propria sæpe præpositionem accipiunt, maximè si
quæstio fit per Unde, aut Quo.

*Cic. Att. A Brundusio nulla adhuc fama venerat. Idem Lib. 5.
ad eundem: Navis & in Caieta parata est nobis, & Brun- Lib. 8.
dusij. Idem de Sen. Adolescentulus miles profectus sum
ad Capuam. Liu. Interim ab Roma legatos venisse nun- Bell.
ciatum est. Cas. Complures præterea naues longas in Hi- Pun. 1.
spali faciendas curavit. Plin. ad Calestrium, Proconsul Bell.
prouinciæ Baticam per Ticinum est petiturus. ciu. 2.*

II.

Domus nonnunquam etiam præpositiones ad-
mittit.

*Plin. Ille in domo mea sæpè conualuit. Liu. Ab domo ve- Lib. 7.
nerunt. Cic. Ad quem è domo Cesaris tam multa delata 4. Dec. 3.
sunt, Sen. Ego domum vestram intrabo. Phil. 2.
2. Contr.*

III.

Non solum verba, sed etiam nomina interdum ca-
sus communes habent.

*Cæsar. Frumentum omne præterquam quod secum por- 1. bell.
taturi erant, comburunt. Vt domum redditionis spe sub- Gal.
lata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Cic. Phil. 4.
Cum capitalem & pestiferum Brundusio Marci Antonij
reditum timeremus.*

Nomina insularum, regionum, prouincia-
rum, cæterorum denique locorum, præposi-
tionem ferè desiderant.

*Cic. in Verr. Ex Sicilia in Africam gradus imperij fa- Lib. 4.
ctus est Romanis. Idem Attic. Promitto tibi si valebit, Lib. 9.
regulam illum nullam in Italia relicturum. Idem ad Lib. 13.
eundem: Nonis Quin. Veni in Puteolanum. Idem ad Lib. 13.
eundem, Ego in Tusculano te expecto.*

AP.

GRAMMAT. INSTIT.
APPENDICES

tertij generis.

I.

Proprijs maiorum locorum interdum detrahitur
præpositio, præcipuè à poëtis & historicis.

- Æn. 3. Virgil. *Ibitis Italiam, Portusq; intrare licebit.* Lii. In-
Bell. gressi rursus iter per Chersonesum Hellepontum perueni-
Mac. 7. unt. Tacitus, Germanicus Ægyptum proficiscitur. Idem
Lib. P. Germanicus Ægypto remeans. Val. Max. M. Bibulus du-
Ibidem. os egregia indolis filios suos à Gabinianis militibus Ægy-
Lib. 4. c. 1. pti occisos cognouit. Casar. Casar cum audisset Pöpeium
Bell. Cypri visum, &c. Cic. pro domo sua, M. Cato inuisus,
ciu. 3. quasi per beneficium Cyprum relegatur.

II.

Certa appellatiua ablatiuo sine præpositione ele-
ganter efferuntur, quæ alioquin accusatiuo cum præ-
positione Per, efferenda essent.

- Lib. 5. Cic. Attic. *Nunc iter conficiebamus æstuosa & pulueru-
Lib. 2. lenta via.* Idem in Verr. *Multa mihi à C. Verre insidia
terra mariq; facta sunt.* Idem pro Plancio, *Iter à Vibone
Brundusium terra petere contendit.*

Vagandi verbum hanc in primis elegantiam sibi
vendicat.

- Phil. 10. Idem in Marc. Anton. *Nunc totâ Asiâ vagatur, volitat
ut Rex.*
Lib. 14. Idem ad Att. *Quem quidem ego spero iam tutò vel solum
tota vrbe vagari posse.* Idem pro Fonteio. *Hi contra vaa-
gantur lati atq; erecti passim toto foro.*

III.

Cùm petendi verbum pro proficisci vel adire adhi-
betur, non est locus præpositioni.

- Plin. Proconsul provinciam Batitiam per Ticinum est pe-
niturus

DA-

LIBER II.
DATIVVS COMMVNIS.

Quoduis verbum admittit dativum eius personæ in cuius gratiam, commodum, vel incommodum aliquid fit.

Plau. Mil. *tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.* Cicer. Att. *Libros tuos caue cuiquam tradas: nobis Lib. 2. eos quemadmodum scribis, conserva. Li. Magno illi ea Ab vrb. a. cunctatio stetit.*

ACCUSATIVVS COMMVNIS.

Tempus accusatiuo vel ablatiuo casu effertur, si per quãdiu fiat interrogatio, vt quamdiu regnavit Romulus? Septem & triginta annos vel annis.

Liuius, *Romulus septem & triginta regnavit annos.* Ab vrb. i. Suetonio. *Vixit annis viginti novem, imperavit triennio, In Cal. l. 59 & decem mensibus, diebusq; octo.*

Sin verò per quando fiat, ablatiuo utemur, vt quando datum est tibi hoc negotium? Anno superiore.

Cic. de Arusp. *Negotiũ magistratibus est datum anno superiore. Idem s. Tusc. Heroicis etiam atatibus Vlysses, & Nestorem accepimus, & fuisse, & habitos esse sapientes.*

A P P E N D I X

primi generis.

Ablatiuus interdũ intra significat, vt paucis diebus, biduo, triduo, pro intra paucos dies; intra biduum, intra triduum.

Cicer. *Diebus sexdecim absoluta, sexdecim tragædia. Idem, biduo sciemus.* Ad Q. Fr. i. 7. Ad Att. l. 9.

A B-

GRAMMAT. INSTIT.

ACCUSATIVVS COMMVNIS SPATII.

Cuius verbo apponi potest accusatiuus, qui distantiam loci significet.

Lib. 16.

Cic. ad Tir. Is locus est citra Leucadem stadia viginti.

Lib. 3.

Idem Att. Cubitū nullum assiduo cursu processit. Idem

Bell.

pro Deio. Negat se à te pedē discessisse. Liu. Mille & du-

Mac. 7.

cētos passus ibi latitudo patet. Idē, Duo millia fermè,

Ibid.

& quingentos passus ab hoste posuerunt castra. Ci. pro

Sest. Edixit, vt ab vrbe abesses millia passuum ducēta.

Interdum ablatiuo vtuntur scriptores.

Bell.

Cas. Eo die castra promouit, & millibus passuum sex à

Gal. 1.

Cesaris castris sub mōte consedit. Idem: Ab explorato-

Ibid.

ribus certior factus est, Ariouisti copias à nostris milli-

bus passuum quatuor & viginti abesse.

ABLATIVVS ABSOLVTVS.

Quibuslibet verbis addi potest ablatiuus absolutè positus.

Lib. 5.

Ci. Att. Quod authore te velle cœpi, adiutore assequar.

Lib. 14.

Idem ad eundem: Scripsi hac ad te apposita secunda

Lib. 3.

mensa. Idem de Leg. Nobilium vita, victuq; mutato,

mores mutari ciuitatum puto, Idem de Clar. Orat. E-

go cautius posthac historiam te audiente attingam.

APPENDIX

primi generis.

Aliquando absolutè ponitur participium præteriti temporis sine nomine.

Lib. 1.

Liu. Nondum comperto, num regiones ho-

Bell.

stem petissent, Tacit. Audito Castellum Lupij

Mac.

flumine oppositum obsideri.

ABLA

LIBER II.

ABLATIVVS INSTRUMENTI,

Causa, Modi, Actionis.

Quæuis verba ablatiuum admittunt, significantem instrumentum.

Ter. Adel. Hisce oculis egomet vidi. Cic. in Vatinius, Cum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici soleat? Idem in Verr Sex lictores circumfistunt valentissimi, cadunt acerrimè virgis.

Aut causam propter quam aliquid fit.

Idem ad Q. F. Vestra culpa hac acciderunt. Idè in Bru. Lib. 2. Vereor ne amore videar plura, q̄ fuerint in illo dicere. Ter. Adel. Dolore ac miseria tabescit. Plin. In Africa Lib. 10. magna pars ferarū estate non bibunt inopia imbrium. c. 73.

Aut modum quo aliquid fit.

Cic. pro Mil. Quonā modo id factū ferret ciuitas? idem de Sen. Sapiientissimus quisq̄, equissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo. Idem pro Flac. Pacem maritimā summa virtute, atq̄, incredibili celeritate cōfecit.

Modus actionis præpositionem CUM interdum desiderat.

Idem de Offi. Ira procul absit, cū qua nihil rectè fieri, Lib. 2. nihil cōsideratè potest. Idè de Orat. cū febrī domum Lib. 3. redijt, dieq̄, septimo est lateris dolore consumptus.

ABLATIVVS EXCESSVS.

Cuius verbo adiungi potest ablatiuus rei, qua excessus significatur.

Ci. de Clar. P. Scipio omnes sale, facetijsq̄, superabat. Idem de Orat. Lepore & humanitate omnibus prestitit. Socrates. Ter. Phor. Incredible est quā d herum ante eo sapientia Salust. Quum omnes gloria ante eiret, omnibus tamen charus erat.

ABLA

*Genitivus
Cicero
Nomen*

GRAMMAT. INSTIT.

ABLATIVVS PRETII.

Quælibet verba ablativum admittunt, significantem pretium.

- Vt, Senatus tritici modium tribus denarijs aestimavit. Magno has ades adificavi. Donatus docet literas mina in singulos menses. Mina valet centum drachmis Atticis. Secalis modius proximo anno ternis sestertijs fuit: summum quaternis. Cic. in Verr. Hac quæ vel ita redimi rectè possunt, aestimare pecunia non queo Teren. in Andria. Vix drachmis obsonatus est decem. Ci. in Verr. Doceas oportet aliquo in loco Siciliae Pratore Verre, ternis denarijs tritici modium fuisse. Plin. Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit. Liu. Miltiadem sanguine & vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Idem: Magno illi ea cunctatio stetit.*
- Lib. 7. *sumum quaternis. Cic. in Verr. Hac quæ vel ita redimi rectè possunt, aestimare pecunia non queo Teren. in*
- Lib. 5. *Andria. Vix drachmis obsonatus est decem. Ci. in Verr. Doceas oportet aliquo in loco Siciliae Pratore Verre, ternis denarijs tritici modium fuisse. Plin. Viginti ta-*
- Li. 7. c. 30. *lentis unam orationem Isocrates vendidit. Liu. Mil-*
- Bel. Pun. 3. *torum sanguine & vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Idem: Magno illi ea cunctatio stetit.*

EXCEPTIO.

- His tamen genitiuis exceptis, Tanti, tantidem, quanti, quanticunq; pluris, minoris.
- Lib. 3. *Cic. de Offic. Emit homo cupidus tanti quanti voluit. Idem ibidem. Vendo meum non pluris, quam ceteri fortasse etiam minoris. Idem in Verr. Quanti frumentum sit considera, video esse binis sestertijs. Sen. Tantidem redemi patrem, quanti à te redemptus sum.*
- Lib. 5.
- Lib. 5.
- Con.

APPENDICES

primi generis. I.

Genitiui, tanti, quanti, quanticunque, minoris, in ablativum transeunt si addantur substantiva.

Liu. 2. belli Pun. Hic miles magis placuit, cum precio minori redimendi captivos copia fieret.

Ver.

LIBER II.

II.

• Verbum valeo accusatiuum vel ablatiuum amat.

10 Florentini
Plin. Aureus nummus post annum 62 percussus est, quàm argenteus, ita ut scrupulum valeret sestertij vicenis. Var. Denarij, quod denos aris valebant, quinarij quod quinos, Lib. 33. c. 80. Lib. 4. de lin. lat.

Huc etiam spectat sum, pro valeo.

Cic. Cum esset frumentum sestertij binis. s. in Verr.

CONSTRUCTIO
VERBI INFINITI.

Regreliato
Verba infinita eisdem post se casus postulant, quos finita. *1 2 3 4 5 6 7 8*

Cicer. Tir. Malo te paulo post valentem, quàm statim imbecillum videre. Idem ad Qu. Fr. Quod scribiste, a

Cesare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Idem ad Att. Vellem te in principio audiuisse amicissimè me admonentem. Lib. 16. Lib. 3. Lib. 7.

APPENDICES

primi generis.

I.

ex inf. esse & fieri amatum operari
Præteritum perfectum passiuum, & plusquamperfectum, ex Infinito Esse vel Fuisse, atque participio præteriti temporis supplentur, mutatis numeris & generibus pro re, de qua agitur.

Cicer. in Ant. P. Clodium meo consilio inter-

Efectum

GRAMMAT. INSTIT.

fectum esse dixisti. Idē pro Cluen. Iniuriam ab huius familia factam esse dixisti.

Verbum interdum omittitur.
Idem pro Mil. Negant lucem fas esse ei intueri, qui à se hominem occisum fateatur.

II.

FUTURVM INFINITVM
ACTIVVM.

Fore, futurum infinitum tantum in usu est, iungiturque cum omnibus generibus, & utroque numero.

Lib. 1. *Cic. ad Lent. Vehementer confidit his literis se apud te gratiosum fore. Idem ad eundem, Spero nobis hanc coniunctionem voluptatis fore. Idem Attic. Nihil arbitror quod reprehendas: Idem ad eundem. Dionysio, dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse.*
Ibid.
Lib. 8.

Cætera, quibus prisci usi sunt iam exoleuerunt, pro quibus infinito Esse, vel fuisse, prout oratio postulat, & participio in Rus, utimur.

Lib. 6. *Cic. Att. Illum eum futurum esse puto, qui esse debet. Idē de Ora. Verē mihi hoc videor esse dicturus, Idem in M. Ant. Id se facturum esse asseueravit. Idem in Ver. Nō molestē fero, me laboris mei vos virtutis vestra fru-*
Lib. 1.
Lib. 2.

Et uno

LIBER II.

Etum esse laturos. Idem Marcell. Eum Lib. 4
 magis communem censemus victoria futu-
 rum fuisse, quam incertis in rebus fuisset?
 Idem in M. Ant. Dixit aliam sententiam se Phil. 8
 dicturum fuisse.

Infinitum esse frequenter deside-
 ratur.

Cic. Attic. Ego bellum fœdissimum futurum Lib. 2
 puto. Idem ad Terentiam: Celerius opinio Lib. 14
 ne venturus dicitur, Idem ad Att. Vix spe Lib. 9
 ro hunc mihi veniam daturum. Idem ad Lib. 30
 Ap. Scribit meas literas maximum apud
 te pondus habituras.

III.

FUTURVM INFINITVM

Passivum.

*reus me etc.
 amatum iri*

Futurum passivum ex infinito iri, &
 voce simili supino in V M constat, ut
 amatum iri, doctum iri, violatum iri,
 occisum iri, omnibusq; generibus atq;
 numero attribuitur.

Cic. ad Att. Pompeius affirmat non esse pe- Lib. 2
 riculum, adiurat: addit etiam se prius oc-
 cisum iri ab eo, quam me violatum iri. idem Lib. 15
 ad eundem: Brutum, ut scribis, visum iri à
 me puto. Idem de Divin. Vaticinatus est ma- Lib. 20
 defactum iri minus triginta dieb. Græciam

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 9.
cap. 2.

*Sanguine. Ter. in Prol. Hecyr. Intercarumor
venit datum iri gladiatores. Quint. Reus
Parricidij damnatum iri videbitur. Plaut.
in Rudente. Mihi isthac videtur preda
predatum irier.*

IV.

RATIO SUPPLENDI FUTURVM

*infinitum, maximè cum verba supinis
carent.*

Fore vt, Futurum vt, verbis spero,
puto, affirmo, suspicor, & his simili-
bus iuncta, eleganter futurum infini-
tum tam agendi, quam patiendi modi
supplent.

Lib. 10.
Lib. 1.

*Cic. 1. Tusc. Spero fore, vt contingat id no-
bis. Idem ad Attic. Nunquam putavi fore,
vt ad te supplex venirem. Idem Lentulo:
Valde suspicor fore, vt infringatur homi-
num improbitas. Sen. Scio futurum, vt au-
ditis eius sententijs, cupiatis multas audi-
re. Idem. Nunquam putavi futurum, vt pa-
ter meos liberos odisset.*

Proem. 2.
cōtrouers.
lib. 2. con-
trouers.

*Aliguan-
qua nō habet
Sicinnian*

Hac circuitione subuenitur verbis
quæ supinis carent. *hæspicor fore ut*
puto fore
*ut: puto fore, vt breui his incommodis me-
deare. Affirmo fore, vt paucis diebus ora-
tionem pro Marcello ediscas, Suspico fore,*
vt

LIBER II.

ut iuri civili potius, quam Philosophia studeas. Polliceor fore, ut non multo post intus sensibus angaris, quando saluberrima parentis consilia negligis.

V.

CIRCVITIO EX PRAETERITO & FUTURO MISTA.

Circuitio illa futurum fuisse, ex praeterito & futuro mista, non minimum orationi affert ornamentum.

Cas. Nisi eo ipso tempore quidam nuncij de Bell. Caesaris victoria per dispositos equites essent ^{ciu. 3.} allati, existimabant plerique futurum fuisse, ut oppidum amitteretur. *Cic. de Divi.* ^{Lib. 2.} An tu censes ullam animum tam deliram futuram fuisse, ut somnijs crederet, nisi ista casus nonnunquam recurrerent? *Idem in M. Ant.* Dixit aliam sententiam se dicturum fuisse, eamque se, ac *Rep.* dignam, nisi propinquitate impediretur.

Hæc quidem circuitio necessaria est, cum verba supinis destituuntur, ut: affirmabant omnes futurum fuisse, ut frater tuus breui literas Græcas, disceret, nisi lateris dolore consumptus fuisset.

GRAMMAT. INSTIT.

APPENDICES

tertij generis.

I.

Fuit priscis temporibus futurum infiniti modi Ruma
syllaba finitum, quod omnibus generibus & vtrique
numero, non secus ac fore accommodabatur.

*Caius Gracch. Credo ego inimicos meos hoc dicturum:
Valer. Antias: Auspices dixerunt omnia ex sententia
processurum. Laber. Non putavi eum hoc dicturum.*

II.

Fuit & aliud futurum priscis vsitatum aslere syllabis
terminatum.

Stich. in
Milit.

*Pla. Habe bonum animum, nam illum confido dominum
in his diebus me reconciliassere. Idem: Hercle credo te
facile impetrassere.*

Futurum hoc à futuro coniunctiui modi reconci-
liasse, impetrasse fit, vt prisci latini dicebant.

Epist.

Plaut. Si me irritassis, hodie tumbi fragium hinc auferes.

INFINITA CVM QVIBVS
verbis copulentur.

Verbis Cœpi, soleo, debeo, cupio, addun-
tur Infinita, multisq; alijs maximè ijs, quibus
voluntas explicari solet.

Lib. 10.

*Cicer. pro Ros. Com. Qui mentiri solet, peierare cōsue-
uit. Idem Tironi: Omnes cupimus, ego in primis, quam
primum te videre.*

APPENDIX

primi generis.

Amphibolia, accusatiui gemina-
tione facta soluitur ablatiuo, vt Milo-
nem audiui occidisse Clodium, ambi-
gua est oratio: dubium enim est, vter
ab altero fuerit occisus, Mu-

LIBER II.

Muta alterū accusatiuum in ablati-
uū, sic, A Milone audiui occisum esse
Clodiū, sublata est omnis dubitatio.

APPENDIX

tertij generis.

Infinita nonnunquam cum verbis motusn omni-
busq; substantiuis more Gręcorum coniunguntur.

Ter. Vultisne eamus visere Cic. Sed iam tempus est ad Hecyl.
id, quod instituimus accedere. Top.

Adduntur & nominibus adiectiuis, maximè apud
Poëtas, vnde sunt illa: *Paratus respondere, cantare, cer-
tare, certus ire, succurrere, mori.*

GERUNDIA,

Gerundia, quę passionem non significant, ca-
sus suorū verborum admittunt, vt tempus ob-
liuiscendi iniuriarū, ignoscendi inimicis, co-
ercendi cupiditates, abstinendi maledictis.

GERUNDIA IN DI.

Gerundijs in Di adduntur substantiua, Tem-
pus, causa, studium, finis, & cętera eiusdem ge-
neris. *Cic. de Sen. Equidem efferor studio, patres ve-* Lib. 10.
stros, quos colui & dilexi, videndi. Idem Att. Sit iam
aut finis omnino deplorandi, aut moderatio.

Itē nōnulla adiectiua, vt Peritus, imperitus,
cupidus, infuetus nauigandi, ignarus dicendi.

Cic. de Orat. Sum cupidus te audiendi. Lib. 2.

APPENDIX

primi generis.

Gerundia in Di interdū genitiuum
multitudinis pro accusatiuo admit-
tunt.

I 4

Cic.

GRAMMAT. INSTIT.

Cicer. de diui. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Plaut. Ca. Nominandi tibi istorum erit magis, quam edundi copia.

IN D V M.

Gerundijs in dum, præponuntur præpositiones, ad, ob, inter.

- Lib. 4. *Cic. 5. Tus. Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. Idem in Verr. Quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, à quo pecuniam ob absoluendum acceperis, cõdemnare? Liuius, Ipse inter spoliandum corpus hostis, veru percussus inter primam curationem expirauit.*

Ab vrb. 1.

Præponitur & ante, sed rarius.

- Georg. 5. *Virg. ———namque ante donandum. Ingentes tollunt animos.*

IN D O.

Gerundia in Do, modò sine præpositione in oratione adhibentur.

- Lib. 13. *Cic. Att. Plorando defessus sum.*

Modò præpositiones, maximè, A, Ab, De, In assumunt.

- Lib. 2. *Idem 5. Tuscul. Ab inuidendo autem rectè inuidentiã dici potest. Idem Curioni. Etenim quis est tam in scribendo impiger quam ego? Idem ad eundem. Tu quid cogites de transeundo in Epirum scire sanè velim.*

- Lib. 8. *Nonnunquam E, vel Ex, Cum, Pro.*
 Lib. 1. c. 5. *Plaut. Aulul. Heus senex pro vapulando herclè abs te mercedem petam. Quintil. Scribendi ratio coniuncta cum loquendo est.*

GERVN-

LIBER II.

GERUNDIA PASSIVA.

Gerundia, quæ passionem significant, nul-
lum post se casum admittunt.

Quin. Memoria excolendo sicut alia omnia, augetur. Lib. 8. ca. 3.
Plin. Rubens ferrum non est habile tundendo. Idem: Lib. 3. c. 15.
Bituminata, aut nitrosa utilis est bibēdo. Sallust. Pau- Lib. 3.
ca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illu- cap. 16.
stria magis, magisq; in aperto sint. Iugurt.

RATIO VARIANDI GERUNDIA.

Gerundia, quæ accusatio casu gaudent,
ferè elegantius more adiectiuorum ad hunc
modum efferuntur.

Pompeius studiosus fuit Rempubl. defendendi, ciuesq;
seruandi, Pompeius studiosus fuit. Reip. defendenda,
cuiumq; seruandorum.

Ita vt Gerundij casus maneat, seruato ta-
men genere ac numero accusatiui.

Cic. in Ant. Princeps vestrae libertatis defendēda sem- Phil. 4.
per fui. Idem Curioni: Hoc quidquid attigi non feci Lib. 2.
inflāmandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Liu. Ab urb. 3.
Lib. 3.

Interiecto deinde baud magno spatio, quod vulneri-
bus curandis, supplendoq; exercitui satis esset. Cic. Ap-
pio, Animum tuum promptum, & alacrem perspexi
ad defendendam remp. Idem Trebon. Omne deside- Lib. 31.
rium literis mittendis, accipiendisq; leniam. Liu. Præ- Ab urb. 7.
lia de occupando ponte crebra erant.

PARTICIPIALE VERBUM IN DVM.

Verbum Participiale in Dum, accedente
verbo substantiuo, datiuum postulat, omni-
bus verbis communem.

Liu. Hic vobis vincēdum aut moriendum, milites est. Bell.
Pun. 1.

E S Præ-

GRAMMAT. INSTIT.

Præter dativum communem, etiam casum
sui verbi admittit.

Cicero 2. Tuscul. Tuo tibi iudicio est utendum.

Tibi casus est communis, Tuo iudicio pro-
prius est verbi.

A P P E N D I X

primi generis.

Si tamen casus verbi fuerit accusati-
uus, mutabitur participiale actiivum
in passivum hoc modo.

*Petendum est tibi pacem. Petenda est tibi
pax: Timendum est nobis pœnas aternas,
Timenda sunt nobis pœna aternae.*

Prisci etiam actiuo vsi sunt cum ac-
cusatiuo.

Lib. 3. *Lucret. Aeternas quoniam pœnas in mor-
te timendum.*

Veteres imitatus est Virgilius.

Lib. II. *Alia arma Latinis querenda, aut pacem
Troiano ab rege petendum.*

SUPINA IN VM.

Supina in VM amant verba, quæ motum
ad significant.

Ab vrb. 2. *Ter. Phor. Percontatum ibo. Idem Heaut. Abi de am-
bulatum. Linius, Carionianus damnatus absens in Vols-
cos exulatum abiit.*

Ante se nullum, post se suorum verborum
casus habent.

Bell. *Cas. Legatos ad Casarem mittunt rogatum auxilium.*

Gal. 2.

Terent.

LIBER II.

Terent. Phor. Me vltro accusatum aduenit. Idem Eunu-
ch. Nutricem accersitum ijt.

SVPINA IN V.

Supina in V, ferè passiuæ significationis
sunt sine casu, adhærentque nominibus adie-
ctiuis.

Cicer. Attic. Quod optimum factu videbitur, facies. Lib. 7.
Idem in M. Antonium. Orem non modo visu scdam, Phil. 2.
sed etiam auditu.

PARTICIPIA.

Participia eosdem casus habent, quos ver-
ba, à quibus proficiscuntur.

Pueri victoriam reportaturi non delectantur duode- Ab urb. 1,
cim scruporum ludo.

Liu. Ancus ingenti præda potitus Romam redijt. Cic. in Lib. 1.

Pis. Abiectum, contemptum, despectum à ceteris, à te
ipso desperatum, & relictum, adulantem omnes vide-
re te volui, vidi. Cicer. Lentulo, Totus est nunc ab ijs, à
quibus tuendus fuerat, derelictus.

A P P E N D I X

primi generis.

I.

Participia passiuæ præteriti, & futu-
ri temporis, maximè cum fiunt nomi-
na, etiam datiuo gaudent.

Cic. de Senect. Sperare videor Scipionis a-
micitiam, & Lelij notam posteritati fore.

Terent. And. Restat Chremes, qui mihi exo-
randus est.

Exo.

GRAMMAT. INSTIT.

II.

Exosus, perosus, pertasus, accusatiuum petunt.

Lib. 8.
Ab urb. 3.
Cap. 7.

Cur. Persarum te vestis, & disciplina deletat patrios mores exosus es. Liu. Plebs Consulum nomen haud secus, quam regum perosa erat. Sueton. in Cas. Quasi pertasus ignauiam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset.

PARTICIPIA FACTA NOMINA.

Participia in Ans & Ens, interrogandi casu gaudent, cum fiunt nomina.

Lib. 9.
In Bell.
Cat.
Lib. 1.

Terent. in Phorm. Herus liberalis est, & fugit ans litium. Cic. Att. Boni ciues amantes patria. Salust. Corpus patiens inedia, vigilia, algoris supra quam cuiquam credibile est. Cic. ad Qu. Fr. Fert grauit er homo & mei amantissimus, & sua dignitatis retinens, se apud te, neq; amicitia neq; in re valuisse.

Nonnulla etiam praeteriti temporis, vt consultus, doctus.

Phil. 9.
Cat. 3.
Od. 8.
Bell.
Cat.
Bell.
Mac. 10.

Cicer. in Anton. Neq; enim ille magis iuris consultus, quam iustitia fuit. Horat. Docte sermonis vtriusq; linguae. Salust. Alieni appetens, profusus sui. Liu. Seruitutis indignitatisq; homines expertes aduersus notum malum irritatos esse.

A P P E N D I C E S

primi generis.

I.

Participia praesentis, praeteritiq;ue

tem-

LIBER II.

temporis, cūm nominum naturā induunt, more eorum comparantur.

Cic. Lent. A me nullum tempus praetermittitur de tuis rebus & agendi, & cogitandi: utroq; ad omnia Quinto Selicio, quo neq; prudentiorem quenquam ex tuis, neq; fide maiorem esse iudico, neq; amantiorem tui.

Lib. 1.

Idem Tiro. Cūm commode, & per valetudinem & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantiſſimos tui veni.

Lib. 6.

Idem Att. Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius. Idem in Verrem: Hac tu omnium mortalium proſtigatiſſime ac perditiffime cūm ſcires, cum tanto periculo tuo fieri paterere, atq; concederes.

Lib. 9.

II.

Participijs futuri temporis, addito verbo ſubſtantiuo, eleganter vtimur pro debere, vel oportere.

Sum expectaturus fratrem.

Terentius Phorm. Expectandus eſt mihi frater. Eram habiturus heri orationem. Habenda mihi erat heri oratio. Cicero pro Fonteio, Orandus erit nobis amicus meus Pietorius, ut ſuos novos clientes à bello faciēdo deterreat.

APPEN-

GRAMMAT. INSTIT.
APPENDICES
tertij generis.

I.

Eruditus cum genitio nondum legi apud Idoneos, sed cum ablatiuo, quem casum à suo verbo accepit.

2. de Cicer. L. quidem Taratius Firmanus familiaris noster
Diui. in primis Chaldaicis literis eruditus.
In Bruto. Idem, D. Brutus erat cum litteris Latinis, tum etiam
Græcis, ut temporibus illis, eruditus.

Doctus literis latinis, Græcis, eleganter dicitur.

- In cod. Idem. Non tam in dicendo admirabiles, quàm docti &
Græcis literis & latinis,

Peritus, quod quidam à perio, prisco verbo deducunt frequentissimè cum genitio iungitur.

- In cod. Idem C. Lalius Iuris valdè peritus.

Idem tamen ablatiuo vsus est.

- Pro Cluen. Quis P. Octauio ingenio prudentior, iure peritior
Apud eundem & Cæsarem, usu peritus.

II.

Hæc tria interdum præpositionem Ad cum accusatiuo admittunt.

- Ad Q. Fr. Cic. Sic vero fallaces sunt permulti & leues & diuturna
Lib. 1. seruitute ad nimiam assentationem eruditi.
Hecyr. Terent. In eodem mihi videntur omnes ludo docti ad
malitiam.

Mis, tis, sis, significant actio

mihi, tui, sui vero passio

CON-

LIBER II.
CONSTRUCTIO
TRANSITIVA PRO-
NOMINIS.

GENITIVVS POST DEMONSTRATI-
ua Pronomina.

PRonomina demonstratiua, cum substanti-
uè ponuntur, patrium casum admittunt.

Cic. ad Cæl. Hoc ad te literarum dedi. Idem de Orat. Lib. 2.

Quoniam id temporis est surgendum censeo. Idem Att. Lib. 2.

Res est eodem loci, quo reliquisti. Lib. 2.

A P P E N D I X
primi generis.

Pronomen Idem cum datiuo apud
poëtas reperitur.

Hora. in art. Poët. Inuitum qui seruat, idem Lib. 1.
facit occidenti.

Oratores verò sic loquuntur.

*Cicer. de offic. Peripatetici quondam iudem
erant, qui academici. Ex eodem in Orat.*

Sit igitur hoc cognitum, numeros oratori- Lib. 2.
os eosdè esse, qui sunt poëtici. Idem de Nat.
deor. Dianam, & lunam eadem esse putant.

GENITIVVS POST POSSESSIVA.

Possessiva Meus, Tuus, Suus, Noster, Ve-
ster, loco genitiuorum mis, tis, sis, nostrum,
vestrum, posita genitiuum postulant.

Sic.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 15. Cic. ad Marcell. Molestè fero me cōsulem tuum studi-
um adolescentis perspexisse, te meum, cūm id atatis-
Phil. 2. sim perspicere non posse. Idem in M. Ant. Tuum homi-
Lib. 2. nis simplicis pectus vidimus. Idem Att. Non debes mi-
rari, nō posse me tanto dolori resistere, solius enim me-
Ser. 1. sat. um peccatum corrigi non potest. Horat. Cūm me a ne-
mo scripta legat, vulgore citare timentis.

GENITIVI Mei, tui, Sui, Nostri, Vestri.

Verba, participia, & nomina adiectiua, quæ patrium casum postulant genitiuis mei, tui, sui, nostri, vestri, gaudent.

Lib. 3. Cic. Att. Te oro, vt quibus in reb. mei tui indigebūt, no-
stris miseris ne desis. Idē pro Rab. Posth. Equitē Roma-
num veterem amicū suum, studiosum, amantem, ob-
seruantem sui, labantē excepit. Idem in Cat. Habetis
Orat. 4. ducem memorem vestri, oblitum sui. Cas. ad Cic. Nihil
Ad Att. enim malo, quam & mei similem esse, & illos sui.
l. 9.

I. EXCEPTIO.

Interest tamen & refert ablatiuos Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, sibi vendicarunt, quibus ablatiuis addi possunt genitiui vnus, solius, ipsius cæteriq; qui possessiuis adduntur.

Vt, Mea vnus interest. Tua solius refert. Nostra ipso-
rum interest, vitia extirpare. Tua republ. admini-
strantis interest semper vigilare.

II. EXCEPTIO.

Nomina numeralia partitiua, Cōparatiua & superlatiua genitiuos Nostrū, Vestrū exigunt.

Ab vrb. 1. Liu. Imperium summū Roma habebit qui vestrum pri-
Lib. 4. mus ē iuuenes osculū matri tulerit. Curt. Nolo singu-
Lib. 2. los vestrum excitare. Cic. ad Q. F. Domus vtriusq; no-
strum

LIBER II.

strum edificatur strenuè. Idē cont. Rull. Omnibus vobis aut maiori vestrum parti. Maximū natu vestrum.

PRONOMINA POST

Substantiua.

Possessiuua Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, cohærent cum substantiuis genere, numero, casu, cum possessio, vel actio significatur.

Vt liber meus, ager tuus: studiū nostrum, labor vester.

EXCEPTIO.

At, si substantiua significant partē aliquam generalem corporis, siue animi, cuiusmodi sunt pars, dimidium, aliquid, genitiuis primitiuorum vtemur, vt:

Nullam partem mei amisi, hoc est, non amisi manum, pedem, memoriam. Amisistine quicquam tui? Cic. de Lib. 5.

Fin. Cui proposita est conseruatio sui, necesse est huius partes quoq; sui cariores esse, quo perfectiores sint.

Terent. Adelph. Tetigine tui quicquam? Quint. Minimam partem mei habent.

APPENDICES

primi generis.

Substantiua; quibus ambigua est significatio, vt caritas, amor, memoria, desiderium, cura, itemq; cætera, si possessionem, actionem ve significant, possessiuis adhærescunt.

Vt, amor meus, desiderium meum, quo amo, desidero.

F

Sin

GRAMMAT. INSTIT.

Sin passionem significant, genitiuos mei, tui, sui, nostri, vestri flagitant.

Phil. 7.
Lib. 1.
Lib. 10.

Vt amor mei, desiderium mei, quo amor, desideror q̄. Cicer. Att. Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te. Idem ad eundem:

Decl. 6.

Auiam tuam scito desiderio tui mortuam esse. Idem ad Planc. Me impulit tui caritas. Idem ad Q. F. Nunc decedēs, relinque quaeso, quam iucundissimam memoriam tui. Quint. Postquam mei cura discesserat Matrem, inquit, tibi per haec merita cōmendo.

religion ut passio

Lib. 13.

Aliquando vtrunq; coniungitur. Idem Attic. Nicias te, ut debet, amat, vehementer q̄, tua sui memoria delectatur. Idem

Lib. 12.

Cornificio: Grata est mihi vehementer memoria nostri tua.

APPENDIX

tertij generis.

Græci cū possessio vel actio significatur ferme v-
runtur genitiuis primitiuorum πατήρ μὲ Latini con-
tra possessiuis. Prisci tamen Romani videntur secuti
Græcorum morem. *Plaut. Duorum labori ego homi-
num parsissem lubens mei rogandi & tui respondendi
mibi.*

Pseudol.

RECIPROCA SUI, SIBI, SE.

Reciproco sui, sibi, se vtimur, cū tertia
persona transit in seipsam: vt Cæsar recorda-
tur sui, indulget sibi, amat se, loquitur secum.

Cic.

LIBER II.

*Cic. de Firib. Eorum, hac est querela qui sibi cari sunt Lib. 1.
seseq; diligunt Idem de Nat. deor. Ipse sibi displicet.*

Et accedente altero verbo, ut:

*Marcellus te Caesar precatur, miserearis sui, ignoscas
sibi, se in fidem tuam suscipias, ne se hostem existimes.*

*Cic. in Orat. Ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi
persuasisset, ut se dimitterem. Idem pro Sext. Rosc.*

*Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies, noctesq;
stimulat, ac pungit, ut euellatis postulat: Idem Attic.*

*Qui etiam a me petierit, ut secum, & apud se essem Lib. 4.
quotidie.*

APPENDICES

tertij generis.

I.

Ut inur & sui, sibi, se, cum intercedit obliquus ter-
tije personae, ad quem reuertur reciprocum.

Cic. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui.

Quint. Tu primum docuisti, filium sibi non parcere.

4. Catil.
Decc. 6.

II.

Reperitur interdum reciprocum pronomien post-
um pro demonstratiuo Is, Ipse.

*Cic. Non enim a te emit, sed priusquam tu suum sibi ven-
deres ipse possedit. Sen. Multum sibi dederis, etiam si nihil Phil. 4.
dederis prater exemplum.*

Quod Budæus docet fieri more Græcorum.

III.

Utuntur aliquando scriptores accedente altero ver-
bo, demonstratiuis pro reciprocis.

*Quint. Neq; ignorauit quam aneret eum pericula, enim Decl. 3.
pro se Idem. Quapropter ille non petit, ut enim miserum Decl. 5.
putetur, nisi & innocens fuerit, pro se.*

F 2

RECI-

GRAMMAT. INSTIT.

RECIPROCVM SVVS.

Reciproco, Suus, utimur, cum tertia persona transit in rem à se possessam.

Lib. 3.

Lib. 12.

Cicero recordatur Tironis liberti sui, indulget liberis suis, defendit suos cliētes, scripsit hanc epistolam manu sua: Cic. in Verr. Aiebat multa sibi opus esse, multa canib. suis. Idem de Orat. Si fera partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?

Et accedente altero verbo, ut:

Timet Pompeius, ne à suis veteranis deseratur. Rogat te Casar, ut suas partes sequaris.

APPENDIX

primi generis.

Utimur præterea reciproco, Suus, cum res possessa in possessorem transit.

Lib. 9.

Lib. 10.

Cicer. Attic. Ulciscuntur illum mores sui. Idem de Arusp. Sua concio risit hominem. Idem pro Sest. Hunc sui ciues è ciuitate eiecerunt. Idem Att. Indulsit illi quidem suus pater semper.

APPENDIX

tertij generis.

Utimur etiam suus cum additur alter obliquus tertiae personæ, ad quam refertur possessio, ut: Percussisti eum suo gladio. Ter. Suo sibi hunc gladio iugulo.

PRAE-

LIBER II.

PRÆPOSITIO-
NVM CONSTRUCTIO.

Verba absoluta, & intransitiua præposi-
tionum beneficio in casus transeunt.

*Cic. de Orat. Cum etiam tum in lecto Crassus esset, & Lib. 1.
apud eum Sulpitius sederet, Antonius autem inambu-
laret cum Cotta in porticu, repente eò Quintus Catu-
lus senex cum Caio Iulio fratre venit.*

Transitiua præter proprium casum etiam
præpositiones cum suis casibus admittunt.

*Cic. de Amic. Nihil est amabilius virtute, nihil quod Lib. 5.
magis alliciat homines ad diligendū, quippe cum præ Lib. 3.
pter virtutē, & probitatem eos etiam, quos nunquam
vidimus, quodammodo diligamus.*

Verba Composita sæpè casum præpositio-
nis habent.

*Cic. de Finib. Cur ipse Pythagoras, & Egyptum lu-
stravit, & Persarum Magos adiit. Idem ad Q. F. Cum
subitò bonus imperator noctu urbem hostium inuasit-
set in senatum se non committebat.*

Et repetita præpositione.

*Idem in Verr. Cateri heredes adeunt ad Verrē. Idem Lib. 3.
Anton. In Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolabel- Phil. II.
la, in alienam uterq; prouinciam.*

Hanc repetitionem amant multa verba
composita ex præpositionibus, A, ab, ad, con,
de, e, ex, in.

*Idem de Amic. Tu velim à me animum parumper a- Lib. 1.
uertas, Lelium loqui ipsam putes. Idem ad Q. Fr. Ab-
duco equidem me ab omni Reipub. cura.*

GRAMMAT. INSTIT.

CASVS PRAEPOSITIONVM.

Accusatiuo seruiūt, Ad, apud, ante, aduersus vel aduersum, cis, citra, circiter, circa, circum, cōtra, erga, extra, intra, inter, infra, iuxta, ob, penes, per, pone, post, prope, propter, prēter, secundū, supra, secus, trans, ultra, versus, vsq;.

Lib. 12.

Lib. 4.

Cic. in Brut. In pratulo prope Platonis statuam cōsedimus. Idem Att. Secundum te nihil est mihi amicitius solitudine. Idem in Verr. Erant accepta pecunia à Caio Verutio sic tamen ut vsq; alterum R, litera constarent integra, reliqua omnes essent in Litura.

Versus.

Versus suo casui postponitur.

Lib. 16.

Lib. 4.

Cic. Att. Verti me à Minturnis Arpinū versus. Sulpitium Ciceroni: Ex Asia rediens cum ab Aegina Megaram versus nauigarē, caepi regiones circūcirca prospicere.

Ablatiuo gaudent, A, ab, abs, absq; cum, coram, clam, de, e, ex, pro, praë, procul, palā, sine.

Lib. 15.

Cic. in Pison. Mihi verò ipsi coram genero meo propinquo tuo quae dicere ausus es? Idem Att. Paulò clam ijs, eāvidi. Ter. Heaut. — praëira cūdia, Menedeme,

Ab urb. 6.

Bell.

Mae. 7.

nō sum apud me. Liu. Rem creditori palam populo soluit. Idem: Hand procul occasu solus redeundi in castra tempus erat.

Tenus.

Tenus, quemadmodum versus, postponitur, atq; ferè patrium casum desiderat, si nomen sit multitudinis.

Lib. 8.

Cic. in Arato — & Cepheus conditor ante lumborum tenus. Calius Ciceroni. Rumores illi de comitijs cumatum tenus caluerunt.

Sig.

LIBER II.

Sin singulare sit nomen ablatiuo gaudet.

Liu. Adeo nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus a- Bell.
Pun. 6.
qua esset, alibi genua vix superaret.

A, Ab, Abs.

A consonantibus præponitur.

Cic. in Ant. Antonius à frõte, à tergo, à laterib. tenetur. Phil. 5.
Ab, vocalibus. mur, & amemur.

Idem Attic. Cura, & effice, vt ab omnibus & laude- Lib. 5.
Et nonnullis consonantibus.

Idẽ pro Cluen. Ab nullo ille liberalius, quam à Cluëtio Lib. 5.
tractatus est. Idem Att. Rex ab Senatu appellatus est.

Præcipuè l, r, & i, vt ab legatis, ab Romanis,
ab Ioue.

Abs, T, & interdum Q.

Ter. Andr. O Daue it ane cõtennor abs te? Idem Adel:
Abs quiuis homine beneficium accipere gratum est.

In, Sub, Super.

In, Sub, Super modò accusatiuũ, modò ab-
latiuum pro varia significatione postulant.

In, cum verbis motus accusatiuum amat.

Cicer. in Cat. Egredere ex vrbe Catilina, in exilium Inuoc. 1.
proficiscere.

Item pro erga, contra, ad, pro, per, vt *Brutus*
fuit pius in patriam, crudelis in liberos.

Olera, & pisciculos minutos fero obulo in cœnam. Cõ. Inuoc. 1.
modaui tibi librum in horam, diem, mensem, annum.

Cic. in Cat. Crescit in dies singulos hostium numerus.

Cum verò quies, aut aliquid fieri in loco
significatur, ablatiuo gaudet.

Vt, Sum in templo, de ambulo in foro. Idem ad Att. In Lib. 1.
hac solitudine careo omnium colloquio.

F

4

Et

GRAMMAT. INSTIT.

Et cum ponitur pro Inter.

Cicero de Amic. Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

Sub.

Sub, ferè accusandi casum postulat pro circiter, per, paulò, antè, denique, cùm tempus adsignificat.

Bell. Sub vespertim, sub noctem, sub lucis ortum, sub idem
ciu. 1. tempus hac gesta sunt. *Cesar: Pöpeius sub noctem na-*
Bell. ues soluit. *Liuius: Sub equestris finem certaminis, co-*
Pun. 2. *orta est peditum pugna.*

Item pro post.

Lib. 10. *Cic. Planco: Sub eas literas statim recitatae sunt tuae.*

Et cum verbis motus.

Vt: Clodius se sub scalas taberna libraria coniecit.
Nix sub aspectum, & tactum cadit.

Cum verbis quietis ablatiuum petit.

Vt, consedimus sub vmbra platani. Sub nomine pacis bellum latet.

Super.

Super accusatiuo seruit cum præpositioni subter contraria est, maximè cùm motus significatur; vt,

Sedeo super saxum Tegula cecidit super caput.

Item cùm significat Inter; vt,

Super cenam occisus est.

Præter.

Super cetera scelera hoc etiam facinus commisisti.

Ultra.

Erant super mille imperatores imperante Augusto.

Ablatiuo adiungitur, cùm pro De, ponitur.

Cic.

LIBER II.

Cic. Att. Hac super re scribam ad te Rhegio. Lib. 16.

Et interdum cum verbo quietis, maximè
apud Poëtas.

*Virg. Ecl. 1. Hic tamen hac mecum poteris requiescere
nocte, Fronde super viridi.*

Subter.

Subter ferè accusandi casum poscit, siue
quietis, siue motus verbis adiungatur.

*Cic. Tusc. Plato iram in pectore, cupiditatem subter
præcordia locavit.*

PRAEPOSITIO VERSA
in Aduerbum.

Præpositio cum casu priuatur, in aduerbi-
um migrat.

Cicer. Attic. Tu aduentare, ac propè adesse iam debes. Lib. 4.

Idem pro Flacco. Multis post annis pecunia recupera- Lib. 2.

*ta est. Idem de Nat. deor. Sensibus, & animo ea, quæ
extrà sunt, percipimus.*

PRAEPOSITIONES ALIIS PRAE-
positionibus præpositæ.

Præpositiones nonnunquam alijs præpo-
sitionibus præponuntur.

Cicer. ad Att. Ibi esse volo vsq; ad pridie Kalen. Maias. Lib. 2.

Idem ad eundem. De Q. Frat. Nuncij nobis tristes, nec Lib. 3.

*vary venerunt ex ante diem Nonas Iunias vsq; ad
pridie Kal. Sept.*

Vsq; tamen ferè alteram præpositionem
desiderat.

Idem in Verr. Maximis in laudibus vsq; ad summam Lib. 7.

seneclutem summa cum gloria vixit.

Terent. Eunuch. Ex Æthiopia est vsq; hac.

E 5 Cic.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 1. Cic. de Nat. deor. vsq₃ à Thalete enumerasti sententias Philosophorum.

Nisi præponatur nominibus oppidorum.

Lib. 6. Cic. in Verr. Sacerdotes vsq₃ Ennam profecti sunt. Terent. Adelph. Miletum vsq₃ obsecro.

CONSTRUCTIO ADVERBII.

NOMINATIVVS POST Aduerbum.

EN, Ecce, nominandi, seu accusandi casum admittunt.

Lib. 6. Ci. pro Deiot. En crimen, en causa, Plaut. Amph. Entetum, en tegulas, en obductas fores. Cic. in Verr. Ecce noua turba, atq₃ rixa. Idem de Fin. Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.

APPENDIX

tertij generis.

Ad Attic. l. 2. Apponitur & Dativus, tibi, non sine lepore. Cic. Cum hac maximè scriberem, ecce tibi.

GENITIVVS POST Aduerbum.

Satis, abundè, affatim, parum, instar, partim, ergò pro causa, genitiuum casum postulant.

Bell. Mac. 7. Ter. Phor. Satis iam verborum est. Cic. de Clar. Plato mihi vnus instar est omnium. Liu. Victoria naualis ergò, in vnum diem supplicatio decreta est.

Aduerbia superlatiua,

Item

LIBER II.

Item Aduerbia Superlatiua à nominib. orta.
Cic. de Clau. Maximè omnium nobilium Græcis literis
studuit. Idem ibidem: Sapissimè audio illum omnium
ferè oratorum Latinè loqui elegantissimè.

Aduerbia Loci.

Vbi, Vbinam, vbicunq; vbiuis, quouis, quo-
quo, nusquam genitiuos Terrarum, Gentium
elegantè admittunt.

Ci. Att. Quid ageres, vbi terrarum esses, ne suspicabar Lib. 5;
quidem Ter. Adel. Fratrem nusquam inuenio gentium.

Dicitur & longè gentium,

Cic. Attic. Tu longè gentium abes. Lib. 2.

Huc spectant aduerbia, Eò, Hùc.

Liu. Eò cōsuetudinis adducta res erat, vt quicumq; no- Bell. Pun. 5.
tis tēpore sibilo dedisset signū porta aperiretur. Sen. lib. 5. Conq.

Eò scelerum peruentum est, vt parricida pater ad sic. Lib. 6.

Curt. Huc enim malorum ventum est, vt verba mea
eodem tempore, Alexandro excusam, & Antiphani.

Pridie, & postridie.

Pridie, & postridie, & genitiuum, & Accu-
satiuum petunt.

Cic. Att. Pridie eius diei venit. Idē Appio: Pridie nonas Lib. 12.

Iunij cum esset Brundusij, &c. Caesar: Postridie eius Lib. 3.

diei, Caesar praesidio vtriusq; castris quod satis esse visum Bell. Galat.

est, reliquit. Cic. Att. Postridiè ludos Apollinæ. Lib. 16.

DATIVVS POST

Aduerbium.

Quædam dandi casum petunt morè eo-
rum, vnde deducuntur vt, congruenter, con-
uenienterq; naturæ viuere: dicere cōuenien-
ter rationi.

obuians

GRAMMAT. INSTIT.

Obuiam alicui ire, procedere, prodire.

Nam congruens, conueniens, obuius datiuo gaudent.

- Lib. 2. Cic. de Finib. Non quero quid dicat, sed quid conuenienter rationi possit, & sententia sua dicere. Idem, Phil. 2. Casari ex Hispania redeunti obuiam longissime processisti: Plin. Platoni sapientia antistiti Dionysius vitam nauem misit obuiam.

ACCUSATIVVS POST

Aduerbum.

Propius, proximè, accusandi casum exigunt.

- Phil. 10. Cicer. epist. ad Oct. Cur. Castra longius aduersariorum castris, & propius urbem mouentur? Idem in M. ant. Brutus operam dat, ut cum suis copijs quam proximè Italiam sit.

Abhinc.

Abhinc, verbis præteriti tēporis iunctum Accusatiuum seu Ablatiuum postulat.

- Lib. 4. Cic. in Verr. Horum pater ab hinc duos & viginti annos est mortuus. Idem pro Quint. Quo tempore? abhinc annis quindecim.

ABLATIVVS POST

Aduerbum.

Comparatiua Ablatiuo gaudent.

- Lib. 2. Cic. 2. de Inuen. Lachrymā nihil citius arefcit: Idē ad Cur. Nemo est, qui sibi sapientius suadere possit seipso. Ter. dies triginta, aut plus eo, in nauis sui. Idem Heaut. — annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut conijcio. Plin. Mimus quinquennio est, quod prodire, qua vocant laurea, non ingrata amaritudinis.

APPEN-

LIBER II.
APPENDIX
tertij generis.

Plus, amplius, minus, modò ablatiuum habent, vt docent allata exempla.

Modò sine casu ponuntur, sed subauditur coniunctio, quàm.

Ter. Homini misero plus quingentos colaphos infregit. Adelpb.

Cas. In pralio non amplius ducentos milites desiderauit. 4. Bell. Gal.

Videntur & nominatiui cum his aduerbijs iungi, cum à verbis pendeant.

Cas. Eo die milites sunt minus septingenti desiderati. 7. Bell. Gal.

Idem. Naues amplius octingenta uno erant visa tempore. Lib. 15.

ADVERBIA LOCI.

Aduerbia, quibus interrogamus, sunt hæc: Vbi, Vnde, quo, quorsum.

Hic, istic, illic, &c.

Ad interrogationē Vbi reddūtur hæc: Hic, istic, illic, ibi, inibi, ibidē, alibi, alicubi, vbiq;, vtrobiq;, vbilibet, vbiuis, vbicunque, passim, vulgò, intus, foris, nusquam, longè, peregrè.

Item, suprà, subter, infrà, antè, pòst, extrà, cum fiunt aduerbia.

Cic. ad Torquatum: Nemo est, quin vbiuis, quàm ibi, vbi est, esse malit. Lib. 6.

Hinc, istinc, &c.

Ad vnde redduntur hæc, Hinc, istinc, il-
linc, inde, indidem, aliunde, vndelibet, vnde-
uis, vndiq;, vndecunque, vndequaue, alicun-
de, vtrinque, eminus, cominus, supernè, infer-
nè, peregrè, intus, foris.

Terent. Heaut. Vide, ne quò hinc abeam longius.

Huc,

GRAMMAT. INSTIT.

Huc, istuc, &c.

Ad Quò redduntur hæc, Huc, istuc, illuc, eò, eodem, illò, aliquò, aliò, neutrò, utroque, quoquò, quocunq;, quouis, quolibet, intrò, foras, peregrè, longè, nusquam.

Ter. Hecyr. Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuncia.

Hac, istac, &c.

Ad Quà redduntur hæc, Hac, istac, illac, aliquà, qualibet, quacunque.

Ter. Eunuch. Plenus sum rimarum: hac, illac perfluo.

Horsum, istorsum, &c.

Ad quorsum, id est, quem locum versus, redduntur hæc, Horsum, istorsum, illorsum, aliorsum, deorsum, fursum, dextrorsum, sinistrorsum, leuorsum, prorsum, rursum, introrsum, vel introrsus, retrorsum, vel retrorsus, quoquouersum, vel quoquouersus.

Ter. Phor. Horsum pergunt. Idem ibidem: Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, ne sursum, deorsum cursites.

Vt pro postquam, Quomodo.

Vt pro postquam, indicatiuum petit.

Lib. 7.

Cic. Attic. Vt ab vrbe discessi, nullam pratermissi diem, quin aliquid ad te literarum darem.

Item pro quomodo cum quadam admiratione.

Lib. 3.

Idem ad eundem: Cneus noster, ò rem miseram, & incredibilem, ut totus iacet? Terent. Eunuch. Vt falsus est animi.

Vt,

Post has voces Adeò, ita, sic, tam, talis, tantus,

LIBER II.

tus, tot, ferè nunquam ponitur. Quòd, sed Ut,
cum subiunctiuo.

Cic. pro Rab. Adeòne hospes huiusce vrbis, adeòne ig-
narus disciplina consuetudinifq; nostra, vt hac nescias?

Idem i. Tusc. Non sum ita hebes, vt ista discam.

Antequam, tum indicatiuis, tum coniun-
ctiuis iungitur.

Ter. And. Experiri omnia certū est, antequā pereō. Ci. Phil. i.

pro Mur. Antequā pro Murena dicere instituo, pro me
ipso pauca dicā. Idē in M. Ant. Antequā de rep. P. C. di-
cā ea, qua dicenda hoc tēpore arbitror: exponam vobis
breuiter cōsiliū & profectiois, & reuersionis meae.

Priusquam.

Priusquam iisdem modis gaudet.

Cic. in Ant. Priusquā de rep. dicere incipio, pauca que- Phil. i.

rar de besterna M. Ant. iniuria, Idem pro Milon. Prae-

clarè vixero, si quid mihi acciderit, priusquā hoc tan-

tum mali videro. Sallust. Priusquam incipias, consuli-

to: & vbi consulueris maturè factū opus est. Bell.

Cat.

Ne vetandi.

Ne subiunctiuū petit, cū aliquid prohibemus.

Ter. Eun. Ne post conferas culpam in me. Liu. Ne tot Bell.

annorū felicitatem in vnius horae dederis discrimen. Pun. 10.

Petit & imperatiuum, maximè apud poetas.

Plaut. Persa, Abi, ne iura, satis credo. Virg. Ne fugite Lib. 7.

hospitium, neue ignorete Latinos.

Næ.

Næ, hoc est, profectò, pronomibus pro-
positū, indicatiuum vel coniunctiuum petit.

Ter. Adelph. Næ ego homo sum infelix. Cicer. in An- Phil. 2,

toniam: Næ si id fecisses, melius fama tua consulisses.

Idem

GRAMMAT. INSTIT.

Idem Tusc. Na ille vir sapiens latius ex his tenebris in lucem illam excesserit.

Per, Perquam, &c.

Pèr, perquam, sanè, valdè, oppido, in primis. cùm primis, apprimè, admodù, vehemèter, & a'ia id genus ferè positiuis gaudent.

Lib. 3.
Lib. 2.
Lib. 4.
Lib. 3.
Ibid.

Cic. de Fin. Hæc quidem est perfacilis, & perexpedita defensio. Id. de Ora. Quod mihi quidem perquam puerile videri solet. Idem ad Ter. Sin ad nos pertinerent, seruirent, præterquam oppidò pauci. Idem in Ver. Philodamus erat in primis inter suos copiosus. Idem ad eundem. C. Mustius homo cùm primis honestus.

Quàm affectibus seruiens.

Quàm, cùm admirationi, commiserationi, atq; interrogationi cum admiratione permittè seruit, positiuis iungitur, vt, Quam multi auaritiæ student.

Lib. 12.
c. II.

Heu quàm fallaces sunt hominum spes, quàm inanes cogitationes. Cic. de Amicit. Quam multa, qua nostra causa nunquam faceremus facimus causa amicorum? Quint. Quàm multa, imò penè omnia tradit Varro.

Quàm, pro Quantum.

Lib. 6.

Quàm, pro Quantū positiuis præponitur. *Cic Treb. Quàm sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Quàm gratum hoc munus fore patri tuo arburaris? Nescis quam sint stulti, qui suis cupiditatibus seruiunt.*

EXCEPTIO.

Quàm pro Quantum cum verbo possum iunctam, superlatiuis adiungitur.

Lib. 15.

Cic. Cat. Quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Idem

LIBER II.

Idem de Nat. deor. Aues nidus cōstruunt, eosq̄, quam Lib. 2.
possunt mollissimè substernunt.

Quàm, vt.

Quàm, vt, eleganter comparatiua sequitur.
Cic. de Orat. Hoc altius est, quam vt nos humili strati Lib. 1.
susplicere possimus.

Quàm, pro valdè.

Quàm pro valdè superlatiuis elegantissi-
mè adiungitur.

Cicer. Valer. Vehementer te rogo, vt cures, vt ex hac Lib. 3.
commendatione mihi Cuspius quam maximas, quam
primùm, quam sapissimè gratias agat.

Tàm. Quàm.

Tam & Quàm, positiua frequētissimè, super-
latiua rarius, cōparatiua rarissimè copulant.

Cic. in Orat. Nemo orator tam multa, ne in Græco quidē
otio scripsit, quàm multa sunt nostra Sall. Quam quisq̄
pessimè fecit, tam maximè tutus est. Ter. He aut. Namq̄
adolescens quam minima in spe situs erit, tam facilli-
mè patris pacem in leges conficiet suas. Cic. pro Deiot.
Per dextram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes
hospiti porrexisti, isti inquam, dextram non tam in bel-
lis, & in prælijs, quam in promissis & fide firmiorem.

Ponitur interdum, Tam, separatim cum
superlatiuo.

Cic. in Ant. Nondū erat vestris tam grauisimis, tamq̄ Lib. 12.
multis iudicijs ignominijq̄ concisus.

ADVERBIA IN VM.

Aduerbia in Vm, positiuis gaudent: vt Pa-
rum, multum, nimium, tantum, quantum, ali-
quantum.

G

Cic.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 10.
Lib. 2.

Cic. Att. Parum firma sunt, quæ de fratre meo scribis. Idem in Rull. Socer huius vir multum bonus est. Idem de Fin. In rebus apertissimis nimium longi sumus.

ADVERBIA O FINITA.

Paulo, nimio, aliquanto, tanto, eo, quo, multò, hoc pro tanto, cõparatiuo adhærent.

Lib. 1.

Cic. de Offic. Quanto superiores sumus, tanto nos sub-

Lib. 16.

missius geramus. Cic. de Amic. Nec verò corpori solum

Lib. 5.

subueniendum est, sed etiam menti, atq; animo multo magis. Planc. Cic. Certè hoc maius habes testimoni- um amoris mei, quò maturius tibi, quam ceteris con- silia mea volui esse nota. Luceius Cicer. Ego valeo sicut soleo, paulò etiam deterius quam soleo.

APPENDIX

primi generis.

Multò, etiam superlatiuis additur. *Cicer. in Verr. Cùm omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij, atq; eloquentiæ multò molestissima.*

Lib. 1.

Item longè, pro valdè. *Cicero in Bruto. Longè post natos homines improbissimus C. Seruilius, sed peracutus, &c.*

Facilè cùm (Sine dubio, sine cõtro- uersia) significat, superlatiuis gaudet aut ijs, quæ eorum vim habent.

Idem

LIBER II.

*Idem pro Rabirio Posth. Virum unum totius
Græciæ facile doctissimum Platonem in
maximis periculis insidijsq; versatum esse
accepimus. Idem pro Sext Rosc. Non solum
sui municipij, verumetiam eius vicinitatis
facile primus. Idem pro Cluentio. Regionis
illius & vicinitatis, virtute, existimatio-
ne, nobilitate facile princeps. Quintilian. Lib. 10. 67
in affectibus vero tum omnibus mirus,
tum in ijs, qui miseratione constant, facile
præcipuus.*

INTERIECTIO-
NIS CONSTRV-
CTIO.

O.

O TRIBVS casibus adiungitur, nominan-
di.

Terent. Phor. O vir fortis, atq; amicus.

Accusandi.

Cic. Terentia, O me perditum, & me afflictum.

Lib. 14.

Vocandi.

Terent. Andr. O Daue, itane contemnor abs te?

G 2 Hen

GRAMMAT. INSTIT.

Heu, Pro.

Heu & Prò, modò nominandi, vel potius vocandi casum postulant.

Lib 6.
Bell.
Pun 2.
Phil. 7.
Lib. 5.

Virg Heu pietas, heu prisca fides. Liu. Tātum (prò dolor) degeneravimus à parentibus nostris. Modò accusandi. Cic. in M. Anton. Heu me miserum, cur Senatum: ego, quem semper laudavi reprehendere? Idem in Verr. Prò Deūm hominumq; fidem.

Hei, Ve.

Hei, Ve. Dativus gaudent.

Terent. He aut. Hei misero mihi. Idem Andr. Ve misero mihi.

APPENDIX

primi generis.

Hei interdum vocativus additur.

Aulul.

Plaut. Heu Megadore haud decorum facinus tuis factis facis.

CONIUNCTIO- NIS CONSTRUCTIO.

Coniunctiones copulativæ, & disiunctivæ, cum ad idem verbum referuntur, similes casus connectunt.

Phil. 12.
Bell.
Cat.

Cicero in Antonium. Qui non doleat interitum talis viri & civis Sallust. Divitiarum, & forma gloria fluxa atq; fragilis est Cic. de Senect. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, olivetorumq; specie dicam?

Quam,

LIBER II.

Quàm, Nisi, An, Præterquàm.

Quàm, Nisi, An, Præterquàm eisdem itidem casus copulant.

Cic. Att. An tu existimas ab vlllo malle me legi proba- Lib. 2.
riq³, quam à te? de pro se st. Quem vnquam Senatus
ciuem nisi me nat omnibus ceteris commendauit? Idem Lib. 3.
de Orat. Refert etiam qui audiant, Senatus, an Popu- Lib. 3.
lus, an iudices. Idem in Catil. Pro tantis rebus nullum
à vobis premium postulo, præterquam huius die me-
moriæ sempiternam.

EXCEPTIO.

Aliquando huic cōstructioni certa dictio-
num proprietates obstat: vt Fui Romæ, & A-
thenis.

Aut Brundusij aut Salmone mortuus est. Emistine
librum centusse, an minoris? Malim Panormi quam
Syraculis esse.

Etsi, Tametsi, Quanquam.

Etsi, Tametsi, Quanquam in principio sta-
tim sententiæ indicatiuum postulant.

Cic. pro Mil. Etsi vereor iudues, &c. Idem Lentulo, Lib. 1.
Tametsi nihil mihi fuit optatius. Idem Plancio: Quan- Lib. 10.
quam gratiarum actionem à te non desiderabam.

Alibi etiam subiunctiuum admittunt.

Qui ut. Cadi verò discentes, quamquam receptum sit, Lib. 1. c. 3.
& Chrysippus non improbet, minimè velim.

Etiamsi, Quamuis, Licet, Vt pro

quamuis.

Etiamsi, Quamuis, Licet, Vt pro quamuis,
subiunctiuo gaudent.

Cic. de Amic. Omnia breuia tolerabilia esse debent, et- Phil. 2.

G 3 iamsi

GRAMMAT. INSTIT.

iam si maxima sint. Idem in Anton. Homines quamvis in rebus turbidis sint, tamen si homines sunt interdum animis relaxantur. Idem post Redit. in Senat. Tanti vester consensus de salute mea fuit, ut, si et corpus abesset meum, dignitas in patriam reuertisset. Idem pro Quint. Ut summa haberem cetera temporis quidem certe vix satis habui.

Ne causalis.

Ne causalis Coniunctivum amat.

Lib. 1.

Ter. Andr. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

Lib. 14.

Idem Eunuch. — nunc metuo fratrem, ne inius sit.

Idem Andr. — tum autem hoc timet, ne deserat.

Ut pro Ne.

Ut post verba Vereor, Timeo, Metuo, eleganter ponitur pro Ne.

Ter. Phorm. At vereor, ut placari possit. Cicero de Oratore. Sed illa duo Crasse vereor, ut tibi possim concedere. Idem ad Terentiam: Omnes labores te excipere video, timeo ut sustineas. Terent. Andr. Perij, meo ut substat hospes.

Ne non, pro Ne.

Post eadem verba, Ne non, etiam pro Ne ponitur.

Lib. 9.

Lib. 7.

Cic. Att. Si manet, vereor ne exercitum firmum habere non possit. Ad eundem: Timeo ne non impetrem. Idem pro Milone: Cur igitur hos manu misit? metuebat scilicet ne iudicaretur: ne dolorem perferre non posset.

A P P E N D I X

primi generis.

Si tertiam addideris negationem, te omni metu liberum significabis.

Idem

LIBER II.

Idem in Verr. Non vereor ne hoc officium meum P. Seruilio non probem, hoc est.

Nō dubito, quin hoc officium meum **P. Seruilio** sim probaturus.

Vt Ne, pro Ne.

Vt Ne, peruenultè ponitur pro Ne.

*Cic. in Verr. Impetrant, vt ne iurent. Id ad Q. F. Ope- Lib. 3.
ra datur, vt iudicia ne fiant. Idem Brut. Vt ne quid eo- Lib. 3.
rum tibi esset ignotum, animaduerti te operam dare. Lib. 13.*

Ni, Nisi, Si.

Ni, Nisi, Si, tum Indicatiuum, tum Coniunctiuum amant.

*Ter. Andr. Mirum ni domi est. Idem Phor. Ni nossem Lib. 4.
causam, crederem vera hunc loqui. Cic. in Verr. Ni re-
stituissent statuas, vehementer his minabatur.*

Nisi.

*Idem de Amic. Ortum quidem amicitia videtis, nisi
quid adhuc fortè vultis. Ibid. Nisi immortalitatem
optare velles, quid non est adeptus, quod homini fas
esset optare?*

Si.

*Ter. And. Si illum relinquo, eius vita timeo, sin opitu- Lib. 13.
lor, huius minas. Ibid. Si id facis, hodie postremum me
videt. Cicer. Attic. Si hortos inspexeris, dederis mihi
quod ad te scribam, sin minus, scribam, tamen aliquid.
Idem ad eundem: Expeditus facito vt sis, si in clamâ
ro, vt accurras.*

Quòd, causalis:

Quòd, cùm causam, ac rationem reddit,
tam Indicatiuo, quàm subiunctiuo gaudet.

C 4

Cic.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 2.

Lib. 3.

Lib. 9.

Lib. 2.

Cic. Attico: Fecisti mihi per gratum, quod Scrapionis librum ad me misisti. Idem ad eundem: Utinam illum diem videam, cum tibi gratias agam, quod me vivere coegisti. Ad eundem: Admiratus sum, quod ad me tua manu scripsisses. Idem de Divin. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est: qui mirari se aiebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cum videret.

A P P E N D I X

primi generis.

Verbum videor, conjunctionem
Quod refugit.

Ne ergo dixeris, Videtur mihi quod sum doctus, quod es doctus: quod ille est vir doctus: sed videor mihi esse doctus: Videris mihi esse doctus: Ille sibi videtur esse vir doctus.

Et numero multitudinis eodem modo.

Videmur nobis esse docti. Videmini vobis esse docti. Illi videntur sibi esse viri docti. Cic. Attic. Amens mihi esse videor. Idem ad eundem: Relegatus mihi videor postea quam in Formiano sum. Idem in M. Anton. Nescio quid turbatus mihi esse videris. Terent. Andr. Subtristis visus est esse aliquantulum mihi. Cic. Att. Sol excidisse mihi è mundo videtur. Liu. Na tibi P. Corneli cum ex alto Africam conspexeris, ludus & iocus fuisse Hispania tua videbuntur.

Lib. 9.

Lib. 2.

Phil. 2.

In epist.

ad Attic. 9.

Bell.

Pun. 9.

Quia

LIBER II.

Quia.

Quia pro Quòd, virumq; modū admittit.
*Cicer. de amicitia. Recordatione nostra amicitia sic
fruoꝛ, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixi-
rim. Idem de Fin. Neq; quisquam est, qui dolorem Lib. 2.
ipsum qui dolor sit, amet. Idem in Verr. Quarta au. Lib. 6.
tem est vrbs, quæ quia postrema edificata est, Neapo-
lis nominatur.*

Alia præterea sunt particulæ, quarum vsum
vlus ipse optimus magister, te sine tæ-
dio progrediente tempore
docebit.



GRAMMAT. INSTIT.
DE FIGURATA
CONSTRUCTIONE.



RATIO tres virtutes habere debet, vt Emendata, vt Dilucida, vt Ornata sit: quibus virtutibus totidem vitia contraria sunt. Nam Emendatæ Barbara, Dilucidæ Obscura, Ornata Inornata aduersatur.

BARBARAE ORATIONIS
vitia.

Duo sunt vitia, quibus oratio barbara, atque rustica efficitur, Solæcismus, & Barbarismus: quæ, qui purè, ac emendatè loqui volet, omni contentione, velis, vt ita dicam, remisq; fugiet.

QUID SIT SOLOECISMVS,
& quot modis fiat.

SOLOECISMVS, Constructionis atque emendatæ orationis, de qua hætenus egimus, hostis infestissimus, est vitiosa partium orationis compositio.

Is fit quatuor modis, Adiectionè, cum aliquid orationi contra præcepta Grammaticæ adijcitur: vt,

Scribe cum calamo, Ludo cum pila.

De

LIBER II.

Detractione, cùm aliquid eodem modo detrahitur, vt:

Eo forum, Redeo agro. Ne hoc fecit, pro Ne hoc quidem fecit.

Transmutatione, cùm partium orationis ordo turbatur, vt:

Quoq; ego, Enim hoc voluit, Autem non habuit.

Immutatione, cum pars vna orationis pro alia ponitur, vt:

Stulti graue ferunt res aduersas.

Graue pro grauiter, nomen pro aduerbio.

Fiunt Solœcismi etiam per cæteras orationis partes, Item per ea quæ cognata sunt, id est, eiusdem generis, ac partis, vt:

Eo intus. Sum intro. Quid huc agis quando hic venisti?

Scripturine Cicero hanc orationem, aut Hortensius?

Aut pro An. Non feceris cuiquam iniuriam, pro

Ne: Eo apud forum.

Denique fiunt & per ea, quæ partibus orationis accidunt,

Per genera, vt:

Sapientes lato fronte res aduersas ferunt.

Per casus, vt:

Quo is? Romæ, venio Brundusij.

Per numeros:

Si vnum ad te vocans, dicas, Venite.

Per personas: si quempiam honoris causa ita alloquaris:

Sedeat, Accedat; pro Sede: accede.

Per modos, vt:

Peto

GRAMMAT. INSTIT.

Peto à te, vt inibi opem feras.

Per genera verborum, vt:

Mox redeam, pro redibo, ponitur enim adiuuum pro neutro.

APPENDIX.

Lib. 3. c. 5.

F Verunt, vt ait Quint. qui Adiectionis vitium Pleonasmum: Derractionis Eclipsin, Transmutationis Anastrophen appellarint, negātes hęc vitia species esse Solæcismi.

QVĪD SIT FIGVRATA

Constructio.

CVM apud viros doctos, & qui purè loquendi laude floruerunt, aliquid legerimus, quod Grammaticorū legibus repugnare videatur, nō continuò existimabimus eos Solæcismum fecisse: cū ipsoꝝ autoritate, testimonijsq̃ue soleant Grammatici ipsi sua præcepta confirmare. Nam sunt quędam, quę faciem quidem Solæcismi habent, vitiosa tamen non sunt. Hoc nouum loquendi genus Figura verborū, aut sermonis, aut orationis, siue, vt Græci loquūtur, σχήμα λέξεως, schema lexeos appellatur. Est enim Figura, noua loquendi ratio à trito & vulgari sermone remota, quę ferè ratione aliqua nititur.

inuentio

ENALLAGE.

E Nallage figura est, cū pars vna orationis pro alia ponitur.

Cic.

LIBER II.

Cic. Att. *Quam turpis est assentatio cum vivere ipsum* Lib. 1.
turpe sit nobis. Idem ad eundem. Philotimus nō modo Lib. 13.
nullus venit, sed ne per literas quidē aut per nuntium
certiorem facit me. Ter. Andr. Ita factū opus est. fieri

Sunt & alia nomina, quæ pro aduerbijs ponuntur, ut recens, sublime, frequens.

Suet. *Inde Romā recens conditā cū magna clientū ca-* In Tib.
terua cōmigrarunt. Ci. Ea q̄, scuta quæ fuerāt sublime c 12. de
fixa, sunt humi inuēta. Idē: Venio in Senatū frequens. Diu.

Sic Toruum, horrendum, & alia id genus De Amic.
 apud Poetas.

Nomen interim loco interiectionis indignantis ponitur.

Cic. *Qua malum fuit ista amentia.* In Catil. 4

Contra, aduerbium aliquando partes nominis agit.

Plaut. *Bene sit tibi. Cicero. Malè sit Antonio, si quidem* Mere.
Butrotijs molestus est. Ad Att. lib. 5.

Sic, Sat, Satis, Abunde, Partium.

Verbum, loco interiectionis blandientis.

Cic. *Amabo te incumbe in eam rem, & ad me scribe.* Ad Att. lib. 3.

Fit enim Enallage per attributa partium orationis.

Per casus:

Cicero pro Sext. Rosc. *Duo sunt Titi Roscī, quorum alteri Capitonī est cognomen.*

Per numeros:

Plin. *In Africa magna pars ferarum estate non bibunt inopia imbrum.* Lib. 10. c. 37.

Per modos:

Ter. Andr. *Sic e aquo animo ferre accipiet, negligentem*

GRAMMAT. INSTIT.

tem feceris Cicer. Attic. Respirâro, si te videro.

Per tempora:

Lib. 2.

Lib. 3.

Idem in Verr. Vnum ostende in tabulis aut tuis aut patris tui emptum esse, viciisti.

Genus genere permutatur.

Plin. Nube grauida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit: pro quam.

Reperitur & in personis hæc permutatio, sed rariùs.

Lib. 8. c. 35.

Phorm.

Ter. Get. Si quis me quæret rufus. Da: præsto est, desine Pro præstò ium.

Per mutantur deniq; verborum genera.

Æn. ad II.

Virg. Pictis bellantur Amazones armis, bellantur, pro bellant.

ECLIPSIS.

ECCLIPSIS figura est, cùm id, quod in oratione deest, foris omninò petendum est.

Lib. 15.

Lib. 5.

Lib. 14.

Cic. ad Att. Ego si Tiro ad me, cogito in Tusculanum.

Idem in Verr. Ridere cõuiua, calûniari ipse Apronius.

Idem Att. Quid mihi autor es? aduolone, an maneo?

Idem pro Planco: Pro vno filio duo patres deprecamur.

APPENDIX

tertij generis.

Hæc figura latissimè patet, & ferè per omnes orationis partes manat. Nam desideratur interdum nomen.

Ad Attic.

l. 6.

Cicer. Statua, qua ad Opis, à te posita in excelso est.

Vbi accusatiuus, ædem, vel, templum deest.

Item,

LIBER II.

Item accusatiuus, viam, aut iter.

Idem, Nos in castra properabamus, qua aberant bidui. Ad Att.
Nauem, Cic. Nos eo die cœnati solvimus. Hic accusa- lib. 5.
 tiuus interdum etiam adhibetur. *Cæs. Pompeius sub no-* lib. 1, de
Item naues soluit. ciu.

In illis, decies festerium, centies festerium, & id genus cæteris, ad implendam orationem desideratur (centena millia): Nam antiqui Decies centena millia festerium, centies centena millia festerium dicebāt, Postea vsus obtinuit; vt compendiosè, decies festerium, centies festerium dicerent. Nonnulli scriptores, maximè Poëtæ compendiosius loquentes, decies, vices, centies tantum dicunt.

Mart. Ducenties accepit, & tamen viuit. Lib. 5.

Desideratur non rarò relatiuum, Qui, Quæ, Quod, vt:

Virg. Vrbs antiqua fuit, Tyrj tenuère coloni. Æn. 1.
 deest accusatiuus, quam. Andria.
 Desideratur, & Infinitum, Esse. Heaut.

Ter. Non id prius communicatum oportuit? Idem. Inter-
emptum oportuit.

In his item, factum volo, nollem datum, egone te visum, aut auditum velim, & cæteris eiusdem generis quæ crebrò apud Terentium aliosque auctores reperiuntur, videtur idem infinitum desiderari.

Participium, scriptus, eleganter tacetur.

Cicer. Hoc inter cœnam Tyroni dictavi, ne mirare alia Ad Q. Fr.
manu esse. l. 3.

Idem: Tua manu erat epistola. Ad Attic.
 Desideratur coniunctio, Etiam, non rarò. lib. 7.

Cicer. Video non modò cæteros, sed te ipsum totidem ver- Ver. 2.
bis dixisse.

Idem. Manlium non solum ignobilem, verùm sine virtu- Pro
te sine ingenio. Plane.

ZEVG.

GRAMMAT. INSTIT.

Z E V G M A.

Z Eugma figura est, cum id, quod in oratione desideratur, è proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, cæterisq; attributis.

Cic. in vlt. Parad. Nulla possessio, nulla vis auri pluris, quam virtus aestimanda est. Idem pro C. Rabir. Virtus & honestas & pudor cum consulibus esse cogebat.

A P P E N D I X

tertij generis.

Ad Attic.
16.

Si id, quod assumitur ad orationem implendam primum est, protozeugma dicitur. *Cic. Egit pater & filius, ut tibi sponderem.*

Lib. 4.

Si medium mezozeugma. *Autor ad Heren. Forma dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate.*

Ad Attic.
lib. 12.

Si postremum, hypozeugma. *Cic. Mihi & res, & conditio placet.*

S Y L L E P S I S.

S Y L L E P S I S est, cum id quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo è cæteris accidentibus.

Lib. 6.

Bell.

Mac. 7.

Lib. 2.

Bell.

Mac. 7.

Ibid.

Cic. in Verr. Risus populi, atq; admiratio omnium facta est. Luuius, Nulla expeditio, nullum equestre praelium sine me factum est. Cic. ad Q. Fr. Ille timore, ego risu corruui. Liu. Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresq; mei. Idem: Pater, ego, fratresq; mei, non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo Aetolico bello terra mariq; pro vobis arma tulimus.

A P P E N -

LIBER II.
APPENDIX
tertij generis.

Non solum fit Syllepsis per ea, quæ partibus orationis accedunt, sed etiam per ipsas orationis partes, obscurius tamen, cum eadem pars orationis, ut integra sit oratio, interim repetitur eadem quidem voce, sed diuersa significatione.

Iustin. Prouoluta deinde genibus Alexandri non mortem, Lib. I. sed ut Darij corpus sepelirent, dilationem mortis deprecantur. Verbum deprecantur, priore membro significat recusare: (*Non mortem deprecantur, hoc est, non recusant*) posteriore vero, obsecrare.

PROLEPSIS.

PROLEPSIS est, cum dictio aliqua totum significans præcessit, quæ rursus in partibus intelligitur, neque explicatur, ut:

Duo reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace. Ab urb. I.
Luuius. Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, Bell.
hic pace ciuitatem auxerunt. Sallust. Exercitus hostium duo, vnus ab vrbe, alter à Gallia obstant. Cat.

ARCHAISMVS.

ARCHAISMVS est constructio, qua prisca vetustas potissimum vsa fuit.

Ter. Eunuch. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi. Idem ibid. Eijcienda est herclè hac animi mollities, nimis me indulgeo. Plaut. Milit. Iurate non nociturum esse hominem de hac re neminem. Cic. in Verr. Hanc sibi rem presidio sperant futurum.

HELLENISMVS.

HELLENISMVS est constructio, quæ Græci sermonis leges, non Latini obseruat.

H

Luceius

GRAMMAT. INSTIT.

Eclog.
Ibid.

Luceius ad Ciceron. Si solitudine delectaris, cū scribas
& agas aliquid eorum, quorum consueuisti gaudeo.

Virg. Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas.

Idem. Triste Lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

Dulce satis humor: depulsis arbutus hædis.

Æn. 1.

Idem: Os, humerosq; Deo similis.

Æn. 2.

Idem: Hæc fatus, latos humeros subiecitq; colla.

Veste super fuluiq; insternor pelle Leonis.

DE BARBARISMO.

BARBARISMVS est dictio aut omnino
Barbara, aut Latina quidem, sed vitiosa,
scripto, vel pronuntiatione.

Barbara omnino & peregrina, vt *Perla*, pro
vniione: *Auiso*, pro admoneo, & alia generis
eiusdem.

Latina dictio vitiosa fit pluribus modis.

Per genera, vt *Gladiæ*, pro Gladij.

Per numeros, vt *Scopæ*, pro scopæ: *Tritica*,
pro triticum.

Per declinationem, vt *Fames famei*, pro fa-
mis: *vasibus*, pro vasis.

Per cōiugationem, vt *Statui*, pro steti: *Lege-
bo*, pro legam: *Veneraui*, pro veneratus sum.

Diuisione, cum diuidimus coniuncta, vt
Syllia, *Dissolūo*, quatuor syllabarum, pro syluæ, dis-
soluo trium.

Complexione, cū diuisa coniungimus,
vt *Phæton*, pro Phaëton.

Adiectione literæ, vt *Reliquia gemino L* pro
simplici: *Alituum*, pro alitum. Syllabæ, vt *Dicier*,
pro dici, *Mauors*, pro Mars. Aspirationis vt *Hin-
fidia*,

fidia,

LIBER II.

fidia, cùm scribendũ sit sine aspiratione. Temporis, cùm syllabæ breui, quæ vnũ habet tempus, additur alterum, vt fiat longa, vt Italia prima longa pro breui.

Detractione literæ, vt *Peculi*, pro *peculij* Syllabæ, vt *Temnere*, pro *contemnere*. Aspirationis, vt *Odie*, pro *hodie*. Temporis, cùm syllabæ longæ, quæ duo habent tempora, vnum detrahitur, vt fiat breuis, vt *Vnius*, *affligit*, media breui, pro longa.

Immutatione, cùm litera vna aut syllaba pro alia ponitur, vt *Olli*, pro *illi*.

Transmutatione, cùm litera aut syllaba è suo loco in alienum transfertur, vt *interpetror*, pro *interpretor*.

Fiunt deniq; Barbarismi tenore, cùm accentu alio pro alio vtimur: vt si præpositiones à suis casibus separemus, easq; tenore acuto, vel inflexo pronuntiemus, vt: *ad, eúm, áb, illó, à quibus circum littora*: cum graui accentu, dissimulata distinctione, simul cum suis casibus pronuntiandæ sint, tanquam si vna esset vox.

ADMONITIO.

Puer cùm leget apud Virgilium.

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Aut:

Troias reliquias Danaum, atq; immitis Achillei.

Aut:

Alituum pecudumq; genus sopor altus habebat.

Aut:

Italiam fato profugus Lauinaq; venit.

Eclog. I.

Æn. I.

Æn. I.

Æn. II.

H 2

Lit-

GRAMMAT. INSTIT.

Littora:

Aut:

Ibidem, *Vnius ob noxam & furias Aiakis Oila.*

Cùm hæc inquam & similia leget, ne putet principem poetarũ Barbarismũ fecisse. Multa enim poetis permittuntur, quæ cæteris scriptoribus denegãtur. Neq; miretur si apud M. Tulliũ Oratorum principẽ Liberũm, Sesteriũm, Cognõrã, Nõrunt, aliasq; id genus verborũ imminutiones offēderit; neq; enim Barbarismi sunt Detractione: siquidẽ à consuetudine certissima loquendi regula impetratum est, vt etiam oratoribus sic loqui liceret.

OBSCURAE ORATIONIS VITIA.

Verba inusitata & à consuetudine quotidiani sermonis remota obscuritatem, & tenebras orationi afferunt, vt:

Si quis Oppido p valdè dicat, Auerrũcare pro auertere
Eandem obscurat vitium, quod à Græcis Acyron, à Latinis improprium dicitur, vt:

Sperare pro timere.

Virg. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Item Ambiguitas, quæ Amphibolia Græce appellatur, idq; vel in vno verbo, vt:

Taurus animal sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligetur: vel in sermone, vt: Audiri Chremetem percussisse Demeam.

Obscuratur præterea oratio, cùm sermoni deest aliquid, quò minus plenus sit, *μείωσις*, Meosin hoc est, Diminutionem; vel contra, cùm

LIBER II.

cùm inani verborũ turba, atq; copiosa loquacitate obruitur oratio, Perissologiam vocant. Impeditur deniq; sermo quo minũs dilucidus fit, si lóga parenthesis interijciatur: aut si verba confusa, permistaq; longius traiciantur.

Horat. Namq; pila lippis inimicum & ludere crudis. Sat. 5.

Rectus enim ordo est. Nãq; pila ludere inimicũ est lippis, & crudis. quod vitium Synchysis, vel Hyperbaton obscurũ, hoc est, confusa & perturbata verborũ transgressio vocatur. Si hæc vitia vitabimus, dilucida erit oratio.

A P P E N D I X.

CVM orationis structura decoris gratia variatur, neglecto simplici sermonis ordine nõ vitium est, sed virtus, quæ Hyperbaton appellatur, id est, trãsgressio verborum. Cic. pro Cluen. Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. In duas partes diuisam esse, simplex erat ordo, sed durus & incomptus.

HYPERBATI ALIQVOT SPECIES.

Hyperbati siue Trãsgressionis aliquot sunt species. Anastrophe est duorũ verborum ordo preposterus, vt: Mecum, Tecum, Secum, Nobiscũ. Quibus de rebus. Anastrophe illa, Urbẽ quam statuo vestra est. Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit? pro, Quam urbem statuo: Quem Eunuchum dedisti nobis, admodum dura est.

Tmesis est, Cùm verbum cõpositum diuiditur, aliqua dictione interposita.

Cic. Att. Per mihi gratum erit, si id curaris ad me per-

H 3 feren-

GRAMMAT. INSTIT.

ferendum. Idem de Senect. Omnia memoria tenebat,
non domestica solum sed etiam externa bella.

Eiusdem generis sunt illa. Rem verò publicam
penitus amisimus. Praclarum est pro patria Reipublica mortem oppetere.

Parentesis est brevis sensus, sermoni an-
tequam absoluat, interiectus.

Phil. 3.
Bell.
Pua.

Ci. in M. Ant. O praclarum custodem ouium, ut aiunt,
Lupum: Liuius: Tantum, pro dolor, degenerauimus à
parentibus nostris.

INORNATAE ORATIONIS VITIA.

Cacophaton est obscœnum dictum, siue
id vno verbo, siue pluribus, siue defor-
mi literarum concursu fiat.

Tapinosis est, qua rei magnitudo vel dignitas
minuitur. Ut si quis parricidam hominem nequam vocet.

Tautologia est eiusdem verbi, aut sermonis
iteratio. Verbi, ut:

Nam cuius rationis ratio non extat, eirationis ratio
non est fidem habere.

Sermonis, ut:

Ibant, quâ poterant: quâ non poterant, non ibant.

Vitanda est & nimia eiusdem literæ assiduitas, ut:

Quidquam, quisquam, cuiquam, quod conuenit neget.

Macrologia est longior, quam oporteat sermo.

Liuius: Legati non impetrata pace, retrò domum, unde
venerant, abierunt.

Ab vrb.

Pleonasmus est vitium cum superuacuis
verbis oneratur oratio, ut:

Ego meis oculis vidi, Satis est enim, vidi.

Cauendū etiam diligenter est, ne cōsonan-

LIBER II.

tes asperæ concurrant. vt S, vltima cū X, proxima, vt: *Exercitus Xerxis*. Durior etiam fit cōcursus, si vtraq; seipsam sequatur, vt:

Ars studiorum, Rex Xerxes.

Vitandi & crebri vocalium cōcursus, quæ vastam, & hiantem orationem reddunt, vt:

Bacca anea amœnissima impendebant. Viro optimo obtemperasti olim.

Illud quoq; vitium est, si multæ voces eiusdem exitus in vnum locum congerantur, vt:

Flentes, plorantes, lacrymantes, obtestantes.

Etsi verbi prioris vltimæ syllabæ sunt primæ sequentis, vt:

O fortunatam natam me consule Romam.

A P P E N D I X

SI quando puer apud graues oratores aliquid offenderit, quod superuacaneum atque otiosum esse videatur, ne id sine causa factum esse putet. Adduntur enim interdum quædam affirmationis gratia.

Ter. Adolph. Hisce oculis egomet vidi. Virg. Vocemq; his **Æn. 4.**
auribus hausit.

Adduntur & alia, quæ aut Consuetudine, aut Auctoritate, vt Vetustate, aut Necessitate denique excusantur.

Cicer. ad Att. Vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem. Lib. 5.

Idem ad eund. Longè gentium abes. Ad eundem: A Brundisio nulla adhuc fama venerat. Lib. 3.

Idem de Sen. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Lib. 9.

Idem Verr. Lib. 3.

Ceteri heredes adeunt in Verrem. ad Qu. Fr. Diem scito esse, nullum, quo die non dicam pro reo. Lib. 3.

Idem in Verr. Lib. 3.


Impetrant vt ne iurent. Lib. 15.

Idem Marcello: Frater tuus quanti me faciat, semperq; fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem.

F I N I S.

Faint, illegible text on aged, stained paper, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several horizontal lines across the page.





AB
338
(2)






EMMANVELIS
ALVARI,
E SOCIETATE
IESV DE INSTITVTIO.
NE GRAMMATICA

LIBER SECVNDVS.

Siue
DE OCTO PARTIVM ORA-
tionis Constructione, Scholijs
Auctoris præter-
missis.

ex libris Henrici Haan



MONASTERII VVESTPHALIAE
Typis Lamberti Rasfeldij.
ANNO M. DC. XIV.

